Et de quarto puncto loquitur thema proci dentes adorauerunt eum. Primum punctum est ad declarandum quomodo isti tres sancti reges se parauerunt apte. Pro quo sciendum quod ex quo deus promisit Abrahe et sanctis patriarchis quod mitteret filium suum in hunc mundum nasciturum de muliere virgine: verum deum et verum hominem. De hoc deus dedit prophetias claras et signa. non solum iudeis in iudea: sed etiam in diuersis mundi partibus. in signum quod non solum veniret ad salutandum iudeos. ut ipsi false credunt. sed etiam omnes sibi credentes obedienter. Singulariter dedit prophetias in partibus orientalibus ubi erant magni philosophi et sapientes per prophetiam Balaam dicentem. videbo eum. s. non modo. intuebor illum: sed non prope. Dicitur stella ex Jacob et surgit virga de israel et putiet duces moab. Rume. xx. iij. Nota videbo eum scilicet christum quem vidimus per se sed per suos successores. intuebor illum s. non prope quia secundum textum biblie a Balaam usque ad christum computantur mille quinquecenti anni. Sed isti tres reges erant de suo genere et dedit ipsis signum dicens. Dicitur stella ex Jacob. i. de terra promissionis. et consurgit virga de israel. i. rex messias saluator et putiet duces moab. qui interpretatur ex patre. Et significat dyabolum qui est pater peccatorum. quibus dixit christus. Vos ex patre diabolo estis. Job. viij. Duces moab. i. dyaboli seu luciferi. Et sunt septem principes qui sunt capitanei septem peccatorum capitalium. Primus dux et capitaneus superbie dicitur Leviathan. Job. xli. Ipse est rex super omnes filios superbie. Secundus dux et capitaneus auaricie dicitur mammona. de quo dixit christus. Math. vi. Non potestis deo seruire et mammona. Tertius dux et capitaneus luxurie dicitur Asmodeus. de quo Thob. vi. demon nomine Asmodeus occidit eos. s. luxuriosos. Quartus dux inuidie dicitur Beelzebub. Lu. xi. In Beelzebub princeps demoniorum eicit demonia. Verbum fuit inuidorum iudeorum contra christum. Quintus dux gula dicitur Beelphégor. ps. cv. Inuatiati sunt Beelphégor et comederunt sacrificia mortuorum. Sextus dux ire dicitur Baalberith. Iudic. ix. De phano Baalberith conduxit sibi viros. Septimus dux accidie dicitur Astaroth. i. Re. viij. Auferte deos alios de medio vestri baalim et astaroth. et preparate corda vestra domino. hos septem duces percussit dominus noster Iesus christus virga sue proci dicationis. De qua David. Virgam virtutis tue emittet dominus ex syon etc. ps. cix. Super hanc prophetiam Balaam dicit Chrysostomus quod eius discipuli et illi qui erant de genere eius post eius mortem voluerunt seruare illam stellam. Et ordina-

Sermo I

uerunt quod certi de ipsis starent in monte victorali alto ad melius contemplandum celum. ubi se lauabant credentes ex hoc eis remitti peccata. et orabant dicentes. Deus celi deus israel mitte illam stellam. et quando contempletur illa prophetia. et sic per partes diuidebant sibi tempora. Et in nocte natiuitatis accidit diuina ordinatio quod isti tres reges orientis magni philosophi et astrologi fuerunt in monte victorali obseruantes dictam stellam. Et in hora qua christus exiit de utero virginis stella apparuit eis clarissima et bassa in aere. nec claritas solis impediabat eius aspectum. Et recitat Chrysostomus opinionem quod in illa stella erat forma pueri cuius cruce in fronte. Dicitur aliqui quod magi voluerunt adorare stellam. Sed dicit Augustinus quod angelus domini dixit eis quod non adorarent stellam. sed quod irent adorare creatorem nouiter natum. Tunc reges tenuerunt consilium quomodo irent. qualiter se prepararent et quid sibi portarent et offerrent. Dixerunt. Iste rex magnus est et potens offeramus ei aurum. et est deus et creator. quia stelle sibi seruiunt: ideo offeramus ei incensum. et in hoc signo crucis ostenditur quod debet pati in cruce: ideo offeramus ei mirram amaram. Ecclesia. Magi videntes stellam dixerunt ad inuicem. hoc signum magni regis est. Eamus et inquiramus eum et offeramus ei munera aurum thus et mirram. Credo ego licet non legatur quod rationaliter sancti reges in muneribus significabant quod de christo credebant. Credo quod etiam in vestibus. quod rex qui portabat aurum voluit indui de panno aureo. Et ille qui portabat thus de purpura alba. qui mirram de scarlata rubea. Ecce quomodo parauerunt se apte tam in muneribus quam in vestibus. Adhuc inuenio in sacra scriptura quod deus promisit hominibus duas stellas. Unam in veteri lege. s. istam que apparuit regibus orientis qui figurabat redemptionem humanam. Secundam meliorem promiserat in nouo testamento dicens. Qui uicerit et custodierit usque in finem opera mea dabo illi stellam matutinam. Apoc. ij. Hec figurabat saluationem celestialem. Nota quod uicerit. s. diabolum per humilitatem. carne per castitatem. et mundum per paupertatem. et custodierit usque in finem opera mea dabo illi stellam matutinam. scilicet angelum bonum per uicentem animam usque ad christum. Sic quomodo angeli in sacra scriptura dicitur stelle. Ratio. quod sicut celum firmamenti decoratur et ornatur stellis. sic celum imperium decoratur et ornatur angelis sanctis propter quod dicuntur stelle. Auctoritas. Stelle de derunt lumen in custodijs suis. et letantur sicut uocantur sunt et dixerunt. Assum. et luxerunt et cum iocunditate quod fecit illas etc. Baruth. iij. Nota stelle. id est. angeli dederunt lucem in custodijs

suis. i. hominibus quos custodiunt. David. Angelis suis mandauit de te ut custodiant te. Ipsi dant in intellectu quid sit credendum. in memoria quid sit timendum et retinendum. in uoluntate quid sit sperandum. et in opere quid sit faciendum. Et quando homo recipit lumen instructionis eorum ipsi letantur. Et in fine quando homo est in articulo mortis deus mittit stellam matutinam. i. angelum qui ducit animam ad christum sicut illa stella duxit reges ad christum. Fiat ergo ratio. Si hec stella hodierna corruptibilis. quod statim conuersa fuit in preiacentem materiam. ita fuit obseruata et desiderata. quanto magis nos debemus expectare illam stellam incorruptibilem. lauando nos ab omnibus inmundicijs et peccatis. Primo lauando cor ab ira odio et ranore et mala uoluntate. os a blasphemijs mendacijs et detractionibus. manus a furtis et uisuris et sic de alijs. et totum corpus a corruptionibus luxurie et carnalitatibus. Nota pro dicti precedentis euidentia quod illa stella que magi apparuit in natiuitate christi non fuit una celestium stellarum. quoniam triplici ratione quas sanctus Thomas. ponit. iij. parte. q. xxxvi. ar. viij. Et dicit sanctus Thomas. aliorum narratis opinionibus. De illi stelle quod dicitur probabili uidentur quod fuerit stella de nouo creata. non in celo: sed in aere vicino terre. que secundum diuinam uoluntatem mouebatur. Ad hoc Augustinus. sentit scilicet quod non fuerit de stellis celestibus. quia dicitur in libro Istra Faustum. Non ex illis erat stellis que ab initio creature itinerum suorum ordinem sub creatoris lege custodiunt. sed nouo virginis partu nouum syduus apparuit. Idem sentit Chrysostomus. Secundus punctus est ad declarandum quomodo isti tres reges sancti ambulauerunt fortiter. quod de capite mundi scilicet oriente uenerunt infra tredecim dies usque ad iudeam que est in medio mundi. Ad praticam secundum quod inuenio in textu et in glossis doctorum. ipsis preparatis statim inceperunt uiam. et stella precedebat ostendens eis uiam quam debebant facere. Ita quod quando habebant ascendere colle: pus stella ascendebat et quando habebant descendere descendebat. Item quando habebant transire flumen stella ostendebat eis locum transitum. Et quando erant in uillis in quibus habebant descendere: stella stabat immobiliter super hospitium. Deinde in recessu stella incipiebat uiam et ipsi sequebantur. Nunquid uidentur uobis istud fuisse magnum miraculum? Hoc modo uenerunt usque ad terminum terre promissionis. Et in crastinum quando debuerunt intrare terram iudee stella disparuit eis. Cogitate quod lem tristitia habuerunt dicentes. Miseri quod est hoc. ex aliquo peccato alicuius nostrum stella disparuit quod faciemus? Dicit sanctus Thomas. q. b. ij.

tenuerunt consilium quid facerent. Quidam dicebant. quod redirent. quoniam querere regem novum in terra aliena magni periculum esset. Alii dixerunt quod irent ad minus usque ad civitatem hierusalem. quia tantus rex in nobili civitate deberet esse natus. vel ad minus scirent ubi erat natus. quia ibi erant magni rabini et doctores. ideo faciamus quod in nobis est. Et venerunt in civitatem hierusalem. Et tunc fuit completa prophetia ysaie dicentis. Surge illuminare hierusalem. quia venit lumen tuum. et gloria domini super te orta est. Quia ecce tenebrae operient terram. et caligo populos. super te autem orietur dominus. et gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo: et reges in splendore ortus tui etc. ysaie. lx. Et loquitur genti iudaice quasi persone dormienti dicens. Surge scilicet civitas hierusalem. illuminare. scilicet lumine claritatis fidei. quia venit lumen tuum. scilicet christus. Nota. Et ambulabunt gentes in lumine tuo. non solum iudei. Moraliter super hoc quod reges amissa stella venerunt hierusalem. ut ibi certificarentur. Sic debemus nos facere quando amittimus stellam gratie dei. Sciendum quod gratia dei dicitur stella per stellarum regum significata. Ratio. quia sicut illa stella dirigebat et ducebat reges ad christum in iudea. sic gratia dei dirigit nos et ducit. et ostendit viam paradisi illis qui habent eam. Primo in bivio ostendit viam dextram. Quot bivivia sunt in hoc mundo illis qui volunt ire ad christum. Primum est superbia vanitatis ad sinistram. mansuetudinis et humilitatis ad dextram. Stella gratie dei ostendit ire ad dextram humilitatis. que est via recta plana et bona absque periculo. Secundum est avaricie et cupiditatis et misericordie et liberalitatis. Tertium est luxurie carnalitatibus. et mundicie puritatis. Quartum est invidie et malignitatis ad sinistram. et benivolentie charitatis ad dextram quam ostendit stella gratie. Quintum est gula et voracitatis. et abstinentie paritatis. Sextum est ire et severitatis. et pacis et unitatis. Septimum est accidie et ociositatis. diligenter operositatis. In his stella gratie dei dirigit nos. Item stella gratie dei ostendit viam ascendendo per viam contemplativam. et descendendo per viam activam ad opera misericordie et pietatis. Item ostendit transitum in flumine delectationum mundi ubi quod plures submerguntur. ut homo non recipiat de ipsis nisi necessaria et secundum legem. et non extra. ne submergat in cibo et potu et vestitu saporis etc. Item dicebat beatus Jobes. Unctio non quam ab eo accepistis maneat in vobis. et non necesse habetis ut aliquis doceat vos. sicut unctio eius docet vos de omnibus. j. Job. ij. Nota unctio. glo. i. gratiam divinam. sed quod est a no-

bis sciendum quando stella divine gratie amittitur que non perdit nisi per peccatum mortale. Dico quod debemus facere sicut fecerunt illi sancti reges. scilicet ire in hierusalem. ad ecclesiam. confiteri peccata sua. et sic recuperabunt stellam gratie dei. Ideo dixit christus paulo qui perdidit stellam. Ingredere civitatem et dices tibi quid te oportet facere. Actus. ix. Nota civitatem. scilicet damascum que interpretatur sanguinea et significat ecclesiam in qua consecratur et sumitur sanguis christi. Tercius punctus est ad declarandum quomodo isti tres sancti reges quesierunt christum discrete. siue locum natiuitatis christi postquam fuerunt in civitate hierusalem. Dic practice quando reges fuerunt prope civitatem cogitate qualis comotio fuit in civitate. maxime quia herodes qui fuit novus rex et extraneus a populo iudeorum timebat sibi custodiebat se ab eis. Cogitate quod statim herodes misit ad reges ad sciendum qui erant et quem querebant et quare veniebant. Responderunt reges quod ipsi veniebant querere regem iudeorum noviter natum. Redatis quod fuit eis dictum. Non dicatis. als herodes prosequetur vos. Dixerunt. non negabimus veritatem. Quidam enim stellam eius in orientem venimus adorare esse. Chrysostomus. Considera devotionem regum: non dum christum viderunt et pro eo morti parati erant. Fuit dictum herodi propter quod venerat. Cogitate quod dolor et timor intrauit in corde suo. maxime quod de his iam timebat. Et mirabilia que in natiuitate christi fuerant facta audiverat propter quod reputavit se perditum et destructum. De his dicit euangelista Mattheus. Audies herodes rex turbatus est. et ois hierosolyma cum illo. Sed dissimulavit suam maliciam ostendendo leticiam de natiuitate christi. Et quod reges orientis venerunt simpliciter et sine armis: permisit ipsos intrare civitatem et recepit eos honorifice. Postea dixit eis. Domine quare venistis. Responderunt. quoniam ubi est qui natus est rex iudeorum. Ecce in quo periculo ponebat se. Herodes vero dissimulans dixit. Audivi aliquid de hoc sed nescio si est certum quod sit natus. Responderunt reges. certum est. quod nos vidimus stellam eius in oriente. Tunc dixit herodes. Et modo domini quod vultis. Responderunt. Venimus cum muneribus adorare eum. Tunc herodes clamavit vocatis magis. diligenter didicit ab eis tempus stelle que apparuit eis: dicens regibus. Ex quo vos certificastis me de die et tempore natiuitatis. ego cum magistris et doctoribus et rabinis certificabo vos de loco ubi est natus. et quod omnes insimul ipsum adorarem oporteret. et ex alia parte parabat iam gladium ut ipsum iugularet si posset. Et congregans omnes principes sacerdotum et scribas scribitabat ab eis ubi christus natus esset. Qui omnes

concorditer responderunt quod in civitate bethleem secundum prophetiam Abich. v. Et tu bethleem terra iuda nequaquam minima es in milibus iuda. ex te enim erit dux qui reget populum meum israel. Nota qui regat in virtutibus exemplo perversatis et predicationis. Tunc herodes certificavit reges de loco et mittens eos in bethleem dicens. Item et interrogate diligenter de puero. et cum inveniatis. renunciate mihi. ut et ego veniens adorem eum. Oportet. Ecclesia. Hostis herodes impie christum venire quid times. non arripit mortalia que regna dat celestia. Ecce quod sancti reges quasi fuerunt discrete cum magna diligentia. Moraliter hi sancti reges antequam venissent ad herodem dirigebant a stella. sicut postquam fuerunt ad regem herodem. habuerunt recurrere ad scripturas sanctas ad se gubernandum etc. Herodes significat antichristum. quod sicut herodes volens christum occidere occidit innocentes. Sic antichristus volens destruere fidem christi occidet christianos sibi tradicentes. Et illa stella significat scientiam humanam. scilicet logicam. philosophiam. leges. canones. quibus modo dirigimur et gubernamur. Sed quoniam erimus in tempore antichristi oportebit recurrere ad scripturas sacras. quod antichristus non credit logice nec philosophie nec poetrie nec legibus etc. Solum cum sacra scriptura habebimus stare contra ipsum. quod quanta culpa est modo. quia nullus curat de biblia. Seculares vult se scientiis lucratiuis. Religiosi debent studere sacra scriptura. unde dicit sevir gilio. alius ovidio. si terentio. et sic de alijs hoc est signum inter alia propinquitatis antichristi. quia antichristus ad probandum suum errorem quod est messias et filius dei etc. non allegabit nisi textum de bibliis prophetias. Quomodo defendes ad improbandum eum si ignoras bibliam. De hoc habetur prophetia salomonis dicens. Lumine prophetia defecerit dissipabitur populus. Proverb. xix. Prophetia notat vetus testamentum. ideo dicebat christus omnibus. Scrutamini scripturas. quia vos putatis in ipsis vitam eternam habere. et ille sunt que testimonium perhibent de me Job. v. Quartus punctus est quod ipsum adoraverunt digne postquam receperunt consensum siue licentiam recedendi ab herode. et quando fuerunt ad portam civitatis hierusalem stella apparuit eis. sicut si quis posset declarare gaudium quod ipsi habuerunt. Ex hoc dicit Mattheus. Videntes autem stellam gaudium sunt gaudio magno valde. Adhuc apparet ratio quare stella apparuit eis. ut duplici signo. scilicet stelle scripturę essent certificati de veritate. et haberent duplex testimonium. Et stella antecedebat eos ut pater. et quando fuerunt prope bethleem forte ad

mediam leucam. iurati et proceres civitatis bethleem qui audiverant eorum adventum venerunt obviam eis dicentes. Quid placet et que causa adventus. Qui dixerunt. Ubi est qui natus est rex iudeorum. Quidam stellam eius in orientem et venimus adorare eum. Qui dixerunt. Nos nescimus alium regem nisi herodes. Oportet. Oportet. vna stella illuminavit istos tres reges et sol. i. christus non potuit illuminare eos. eorum culpa impediens et obicem ponens in nocte natiuitatis quando refulsit. Et stella videbatur ab omnibus ut dicit maximus in sermone hodierno. Recte autem vna stella resplenduit. cuius gens perfida nec radios occultare possit nec abscondere veritatem. ubi celum ipsum vniuersorum oculis sidereo lumine fulgebat. Cogitate quoniam iudei aspiciunt stellam que bonis dabit devotionem. et malis incutiat terrorem. Quomodo mirabantur quoniam non multum erat alta. quam sequebantur reges. et intraverunt civitatem. et finaliter venerunt ad locum ubi erat puer. Dicit sancti doctores quod adhuc virgo Maria erat in illo porticu cum puero ubi pepererat. Et dicit glosa quod non erat ibi tunc Ioseph ordinatione divina ne putaretur pater ipsius pueri. Cogitate quando virgo Maria sensit venire illam militiam quod timuit et abscondit puerum in presepio. et ipsa suebat vel filabat vel orabat. et totum cor contremebat. Stella autem stetit supra ubi erat puer. Et reges mirabantur cum non viderent ibi palatium nec magnam domum. et aspiciabant se mutuo reges dicentes. Quid est hoc quod stella non movetur. Dicit maximus quod stella emittebat novos radios et clariores. quod d. regibus. Hic est rex quem queritis. Reges autem descenderunt ad terram de egypto aialibus suis. et vniuersorum veniens ad porticum eleuavit modicum flaciatum dicens. Quis est hic. Et vidit virginem filantem vel suentem. Et accedentes alij duo reges quoniam viderunt virginem Mariam statim habuerunt magnam devotionem. Que dixit eis. Domini quod placet vobis. Qui dixerunt. Sciatis vos ubi est qui natus est rex iudeorum. quia volumus ipsum adorare. Virgo maria non dixit se nescire. sicut dixit. Domini hec deberent scire magni domini et rabini et rectores civitatis. Et verum dicebat. et inter reges totaliter in corde fuerunt calefacti. Et inde exeuntes respexerunt stellam que stabat super immobiliter et pulchrior. Et iterum redierunt ad virginem dixerunt sibi. Quos habetis filium. Que respondit. Ita domini. Et est diu quod peperistis. Respondit. Domini hodie sunt. xij. dies. Dixerunt reges. Bona iuuetula si placet vobis ostendatis ipsum nobis. Tunc virgo sciens quod probo veniebant recepit filium de presepio ostendit eis

In epiphania domini

Qui dixit. quod vocat? Virgo maria rridit. Iesus. Quo noie audito. padetes adoraue- runt cum dicetes. O saluator vos beneuene- ritis. O dñe tanta est humilitas vestra q vo- luitis venire in stabulo huius mundi miseri. Vos qui estis infinitus in diuinitate: estis re- strict' in humanitate. Vos qui estis creator: estis fact' creatura. Vos q estis sol' immortal' z impassibilis: estis fact' passibilis z mortalis. O dñe tanta gra est ista. Et silētes osculabā- tur pedes eius. Deinde adorātes matrē dice- bāt. O camera paradisi templū dei. sacrariū spūsancti. O bñdicta vos portastis nob sal- uatorē. Dicit euāgelista. q apertis thesauris suis obtulerūt ei munera. aurū: thus: z mirrā Aurū tāq regi magno. Thus tāq deo vero. Et mirrā amarā tanq passuro. Et fuit cōple- ta prophetia dauid de ista die dicens. Reges tharsis z insule munera offerēt: reges arabuz et saba dona. dño deo adducēt. Et adorabūt eum omēs reges. omēs gentes seruiēt ei. ps. lxxj. Flora seruiēt ei. scz ppter lucrū bonum z remunerationē quam dat suis seruitoibus Sec' q seruit mundo. qui suis seruitoib' dat mo: rē. z animā diabolo qui dat penā eternā. Sz xps suis seruitoibus dat gram in h' mun- do z glām in alio. ideo sibi est seruiendū. Jo xps. Dñm deū tuū adorabis z illi soli seruēs. Abath. iij. Deinde sancti reges fecerūt ora- tionē deo vt ofideret eis si redirēt ad herodē Sz dicit euāgelista q rñso accepto in somnis scz ab angelo. ne redirēt ad herodē. per aliaz viam reuersi sunt in regionē suā. Cōtempla- te hic modicū qñ venit Ioseph z vidit tantū aurū. thus. z mirrāz quō gaudebat. Ex alia pte tristabat q non fuit dignus interesse tāto festo. dicit Bern. q totū aurū dederūt amore dei. Adoraliter nos exemplo regū debem' offerre aurū bone reformatōis. z talis poterit dicere cum dauid. Dilexi mādāta tua super aurū z topasson. qui est lapis preciosus. Pro- pterea ad oia mādāta tua dirgebar: omnem viam iniquā odio habui. ps. cxvij. Secūdo thus deuote orōnis: dicēdo. Dirigatur ad te dñe oratio mea sicut in. zc. ps. cxi. Tercio de- bem' offerre mirrā penitēntialis afflictōis. Et dicere poterit talis. Quisificabis me: ecce i pa- ce amaritudo mea amarissima. Tu autē erui- sti aiām meā vt nou paret. Ysa. xxxvij.

De eodem Sermo. ij.

Hic est qui natus

est rex iudeoz. Abath. ij. Tota ma- teria h' fimonis erit moralis tā de virtutib' moralib' q theologicālib'. Sz pzo

salutē dgo maria zc. Ubi est q zc. Hoc pzo- priū verbū fuit qstio interrogatiua. triū reguz orōnis q cū magna diligētia pquirebāt xpm dicentes. Ubi est q zc. de isto intellectu p nūc non curo. Sz tropologicē siue moraliter de- clarādo thema dico q h' nomē iudeozū idē ē qō glificatoz i glia. Lū q qñ vbi est q nat' est rex iudeoz. scz glificatoz. De h' rege Da- uid fecit qstionē in spū pphie dicēdo. Quis est iste rex glie? Qui rridit spūsanctus. dñs d' tutū ipse est rex glie. Sicut rex est dñs ciuita- tum sui regni. ita xps est dñs oim virtutum q dicuntur ciuitates sue. Si ergo volum' ipm pquirere cū sanctis regib' orōntis. qram' eum in suo dñio. Quia rex cōter moreē in suo re- gno. Sic xps rex glie morat' in suis ciuitati- bus virtutū. Cum ergo dicit thema. Ubi est qui nat' est rex iudeoz. i. glificatoz. Rñde- tur in ciuitatib' suis. scz virtutib' seu virtutū. Patet thema. Ubi sūt sit a nobis querend' ondit ppheta dicēs. Disce vbi sit prudentia. vbi sit virt'. vbi sit intellectus. vt scias simul vbi sit longiturnitas vite et victus vbi sit lu- men oculoꝝ z pax. Baruth. iij. Hic ponit se- ptē virtutes tanq septē ciuitates siue villas dñi regis xpi in quib' ipse morat'. Quarū qñ- tuor sunt morales z tres theologicales. Abo- rales sūt site in plano. theologicales vero in montibus altissimis.

- Prima est prudentia rationalis.
- Secunda fortitudo spiritualis
- Tercia iusticia intellectualis.
- Quarta temperantia corporalis.
- Quinta et est pma theologicalis est spes.
- Sexta fides
- Septima est charitas.

In his septē includunt' omēs virtutes. Cum ergo qñt' thema. Ubi est q nat' zc. Rñdet' q in his septē virtutib'. Dico pmo q querē- dus est xps in sua ciuitate plana q dñ prudentiā rationalis cū dicat. disce vbi est prudentia. Prudentia aut auifat hoīem vt inter tot picu- la hui' mūdi tam aie qz corporis famez bono- rū sciat regere z gubernare vitā suā cauēdo a piculis maxie a piculis aie. De hac virtute a- uisauit xps aplōs. z p ipsos nos qñ misit eos ad pdicandū dicēs. Ecce ego mitto vos sic oves in medio lupozum. Estote ergo prudē- tes s. serpē. Abath. x. Nota q lupos vo- cat demōes z malas psonas z lupinas. a qb' prudēter debz se hō custodire. Nota sicut ser- pētes. Dicūt pbi q tractāt de pprietatib' rez q est quedā natura serpēt' q dñ aspīs multū bona z necessaria p tyriaca. et est talis condi- tionis q nō pōt capi nisi incantē. ppter h' si

De virtutib' moralib' z theologicalib'.

Sermo .II.

incātatores pfit pferre cetera d'ba ipso audiē te capiūt euz. als nō. Jo qd facit ipa infictu naturali qñ audit vocē incātatois ponit vnā aurē sup lapides. z cū cauda claudit aliaz ne audiat verba incātatois: z sic non incantat nec capif. Dicit xps q ita faciam' nos q ha- beam' prudētiā serpent' qñ demones vel alie male psonē volūt nos incātare vel capere et ipedire ne vadam' ad paradīsum temptātes nos dicēdo aliq verba ad aures corporis vel cordis. sicut spentes facere debem' z ponere aurē dextrā sup illū lapidē de q dicit paul'. j. ad Co. x. Petra aut erat xps. z claudere au- rem sinistra cū cauda. scz mortis. qz sic cauda est vltima pars spētis. sic mors est vltia pars hoīs. vbi gra. Si diabolus vel aliq mala pso- na vult te incātare de supbia dicēdo. qre tu non incedis ornat' sicut talis vel associat'. cū sis de meliozi genere mag' diues zc. statū po- nas aurē in lapide cogitādo quō xps iuit in- dutus. qz. xxvij. ānis portauit eandē tunicā. z cauda mort' claude aliā aurē. scz sinistra. i. cogitādo qd portabis tecū qd dices deo de vanitate vestrū zc. Ecce qre dicit. Estote q zc. Idem si vult te incātare de auaricia. luxuria gula. vidicta zc. cogita de xpo z in morte qd eris z qñlis snia dat auar'. luxuriosis zc. ergo disce vbi sit sapia. Scdo disce qd sit virtus hōndit fortitudo spūalis q notāter dñstus nō fortitudo. Qm fortitudo est duplex. i. cor- poralis z spūalis. Fortitudo corporalis non est virt' in q de' sit querend'. qz aialia bruta sunt fortiora hoīb'. vbi gra. Fortitudo est lu- ctare. s. vltus vincet vos. Idem de cursu sed vn' equus supabit vos. Idē de saltu s vnus ceru' saltabit plus. Idē fortitudo est portare onus. s. plus portat mulus. Licet q fortitudo corporalis sit bona z fuit qñq. nō tñ est dñ' Sz fortitudo spūalis sic est resistere dñdicere pctis. ista est dñ'. nō dimittere bonā z sanctaz vitā inceptā nec pñiam. ista est virt'. Itē tene- re z fuare firmū bonas ordinatiōes pro vtili- tate cōitat'. h' est dñs spūalis de q debet hō gliari z se appreciare nō de fortitudine corpo- rali q est cōis hoīb' z iument'. De ista fortitu- dine corporali nō se appciabit dauid licet eēt fortissim'. qz adhuc puer. xvj. ānoz qñ custo- diebat oues pñs suiz ad eos veniebat leo vel vrlus. dauid auferebat ab eis predā z occide- bat eos. vt patz. j. Re. xvij. Nā leonem vrlū interfeci ego fu' tu'. Sz gloriabatur de forti- tudine spūali. de q dicebat deo. Fortitudinē meā ad te custodiā. i. resistēdoz dñdicēdo pec- cat'. qz de' susceptoz me' es. ps. lvij. Jo san- ctus paul' p nob orādo dicebat. Det vobis

deus fm diuitias glie sue dñtatem. scz fortitu- dinis spūalis corroborari p spūscm eius in interiori hoie. ad Eph. iij. Tercio disce vbi sit intellect'. Ecce iusticia iudicialis siue itel- lectualis q pñet ad iudices Diceret aliq i/ proprie loq' q dñ' iusticie dicat' itellect'. Rñ- sio q h' notāter dicit ad onidēdū iudicib' q iusticia nō est fienda fm sensualitatē. s. rōna- biliter p itellectū. vbi gra. Si litigāt corā iu- dice diues z paup. diues pmittit iudici pecu- nias zc. paup vero plorat. Si iudex vult iudi- care fm sensū visus. qz videt diuitē pmittētē sibi zc. pauperem flentem non bene iudicabit Sz per itellectū examinata pñ' causa debet dare iusticiā pro illo q. habet bonū ius siue sit diues siue paup. Item nō debet sensu audit' iudicare. vbi gra. Si nobilis. baro. miles. et rustic' litigant corā iudice z nobilis loquitur cōminando zc. iudex non debet iudicare fm aures. s. per itellectū dādo iusticiā rectam z sniam pro illo q hz ius rectū. z nihil debet ti- mere. Item nec sensu tact'. verbi gra. si p san- guine' iudicis litigat coram eo cum extraneo vel iudeo vbi pater vel frater vel p sanguine' tangant iudicē in carne vel sanguie nō debet iudicare fm tactū. s. per itellectū z rōnē. qm iudex in iudicio non debet cognoscere nec pa- trem nec matrem nec fratrem nec amicū. s. extra iudicium faciat eis bonum festū. Item nec sensu olfact'. Nota q legif i talmuth de illo falso messia bartosmā incantatoze qui dicebat se per odoratum iudicare qd esset bo- nus vel malus. quem iudei voluerunt proba- re z clausis sibi oculis statuerūt coram eo du- os hoies z vn' erat bonus z alius prauus et malus. Qui male sententiavit ideo fuit male sententiatus. Item nec sensu gust'. scz ppter conuiuia vel dona seu encenia. Dic de illo re- ge cui fuit presentata pulcra anguilla. z quia sapuit sibi dedit sniam pro illo qui presenta- uerat sibi anguillam. Lū aut cancellari' ptra diceret. qz ptra iusticiā. Rñdlt rex. Tere an- guilla sapuit nobis. Ideo de iudice dicit scri- ptura sc'tā. Non fm visionem oculoꝝ iudica- bit. neq fm auditū aurū arguet. sed iudica- bit in iusticia pauperes et arguet in eqtate p mansuetis terre Ysa. xj. Quarto disce vbi sit lōgiturnitas vite. Ecce h' tpania corporalis Sz qre vocat eā sic z nō pprio suo noie. qz sic iusticia ex sua causa dñ' itellect'. ita tpania ex suo affectu. qz dat lōgā vitā. Jo vocat lon- giturnitas vite. vbi gra. Denf duo hoies q/ rū vn' sit abstīnēs z alter gulofus. naturalit' multo ampli' viuet abstīnēs. Dicunt medici q ples interficit cib' q gladi'. Lū tñ moriāt' h iij

Ysaia.

Ysaia.

tot in prelijs et in guerris. Iō tpeate comedere et bibere debem? Nota q legif de magno alexandro q cū fuisset monarcha et fuisset i orie te ad bragmānos. admirās de eoz antiq̄tate cogitavit q aliquā medicinā debebāt habere ex qua eoz vita p̄servabāt et q̄rensūt eam sibi oñderent vt ipa vteref. Qui dixerūt q nō placeret sibi. Rñdit q imo. Tunc dixerūt sibi q eozū medicina erat tēperantia. qz semel in die comedebāt de vno solo cibo. et nō placuit ei. De hac dicit scriptura. Noli auid? esse in omni cpulatōe nō effundas te sup oēm escā In multis em̄ escis erit infirmitas. et aviditas appropinquabit vsqz ad colerā. Propter crapulam multi obierūt. qui autem abstinēs est adijciēt vitaz. Eccl. xxxvij. Nota sicut dicunt medici q p̄ma digestio debz fieri in olla sc̄ba in ore tercia in stomacho. Itēz non te efundas super oēm escā. Nota p̄tra diuites tā laycos q̄ ecclesiasticos qui vtunt multis escis et de qualibet volūt comedere: et pfundūt sibi stomachū. qz quilibet cib? habet suā digestio nē. Ideo dicit. in multis escis erit infirmitas. Quia sicut in olla in qua decoquit de boue de porco et de pullo zc. qñ vnus cib? est coc? alius est p̄sump? ppter hoc magni dñi t̄ pla ti viuūt parū. Ideo dicit ppter crapulā. i. crudam epulā fm̄ ethymologiā multi obierunt. Qui autē abstinens est adijciēt vitā. Quia ta ciuitas in alto mōte sita est q̄nta virt? que est p̄ma theologialis. scz spes. q̄ oñdit cū dñi Discē vbi sit victus. s̄ q̄re spes dñi vict? quia tota spes xp̄iana p̄sistit in victu. qz vict? sacre eucharistie est radix vite nre. Itē. quia sicut totū malū destructōis nre hūane nature v̄it ex cibo scz vicio. sic vult deus q totū bonū nostre saluationis veniat ex cibo eucharistie. Querit sanct? Tho. in quarto. vtrū sacm̄ eucharistie sit ita necessariū q sine illo nō possum? saluari. Et arguit q non est ita necessariū. qz pueri absqz cōione saluātur. S3 finaliter rñdet determinando q nullus pōt saluari nisi v̄tute huius sacri. Quid ḡ de pueris zc. Rñdet p̄ tales similitudinē. qz qñ hō comedit in prandio vel cena. solū vnū membrū corporis. scz os comedit et recipit cibū. et omia alia membra reficiunt. Ita de sacramēto altaris Tota xp̄ianitas est vnū corpus fide et charitate p̄iunctū habēs mltā mēbra. Sacerdos est os huius corporis. Lū ḡ sacerdos cōicat oia mēbra reficiunt. Ideo etiā pueri qui sunt mēbra hui? corporis. Ideo dicit ecclā in collecta Refectus cibo potuqz celesti deus noster. Non dicit refectus de cibo sacerdotis. Si dicatur ex quo iam cōicamus ore sacerdotū audiēdo

missam. qd ergo oportet nos cōicare in pasca Rñdeo q duplex est cōio. scz spūalis et sacra- mētalis. Cōio spūalis fit quotienscūqz hō au dit missā in charitate. tūc homo cōicat spūali ter tanqz membrū ecclie. Alia est cōio sacra- mētalis q̄ precipit semel fieri in anno. scilz in pascale. ad quā tenent om̄s vtriusqz sex? euz ad annos discretōis puenit. De ista virtu te spei dicit dauid. Oculi oim̄ in te sperāt do- mine: et tu das escā illoz in tpe oportuno. scz in missa. qz illud tps est ordinatuz. Aperis tu manū tuā et iples om̄e aīal benedictione. ps. cxliij. Sexta est fides. ibi. discē vbi sit lu- men oculoꝝ. S3 quare noiatur sic. Rñdeo q sicut corpus habet duos oculos qbus videt ita aīa habet duos respectus tanqz oculos. s. respectū diuinitatis xp̄i. quasi oculū dextrū. et respectū hūanitatē eius qñ oculū sinistrū. In his duobus p̄sistit tota fides catholica. q̄ habet. xliij. articulos. scz septem diuinitatis et septem hūanitatē. et om̄s simul p̄tinentur in credo in deū. Benedict? est ille qui habz istos duos oculos claros et bonos. de qbus dicit christus. Non turbet cor vestrū neqz formi- det. creditis in deū et in me credite. Job. xliij. Creditis in deū. Ecce oculus dexter. et in me credite. i. in meam humanitatē. Ecce hic oculus sinister. Ideo dauid orādo dicebat. Illu- mina oculos meos ne vnqz obdormiā in mor te: ne qñ dicat inimic? meus p̄ualui aduersus eum. ps. xij. Non loq̄tur de oculis corpōis. quia non legit fuisse cec? s̄ de oculis aīe. vt il luminarent sibi ne peccaret p̄tra fidem. quia si fundamentū cadit. totū eius edificū corru- et. De hoc sc̄tus Tho. ij. q. iij. ar. vij. vbi querit. vtrū fides sit p̄ma virtutū et oñditur p̄cipue in solutiōe ad quartū quō ipa sit fun- damentū. Sec? de alijs virtutibus. S3 qui- dam sunt ceci oculo dextro vt agareni q non habent fidem diuinitatis xp̄i. Quidaz oculo sinistro vt manichei q negant humanitatem xp̄i. S3 vtroqz sūt ceci iudei iniferi. Septi- ma est charitas generalis q̄ cōsistit in amore dei et p̄ximi. que oñditur ibi. discē vbi sit pax Que sic vocatur ab effectu. quia pacificat cre- aturam cum creatore qñ ipm̄ diligit sup oia. Et ista pax cōseruatur q̄ diu creatura seruat tria p̄ma p̄cepta. scilz non habebis deos alie- nos. secundū nō assumes nomē dñi dei inua- num. terciū memento vt diem sabbati sancti- fices. Ideo xp̄s Athth. xxij. Diliges dñm deū tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota mente tua. Secūdo charitas facit pa- cem cum proxio suo. que seruat? fuando alia septem. vt si vis honorari a filijs tuis honora

Fides

Fides

parētes tuos. Sc̄do si nō vis occidi non oc- cidas. Tercio si nō vis vrozē tuā tāgi ab alio non tangas vrozē alteri. Quarto si non vis depredari non furtū facias. Quinto si nō vis diffamari non falsū testimoniū dices. Sexto si non vis in aliquo dānificari nulli damnuz inferas. Septio si tu nō vis vtruzē tuam ali quis p̄cupiscat non cōcupiscas vrozē p̄ximi tui. hec est charitas generalis deit p̄ximi. Ideo dicit xp̄s de pace dei et p̄ximi. Pacē relin- quo vobis pacē meā do vobis zc. Job. xliij. Dauid. Pax multa diligentib? legē tuā et nō est illis scandalū. psalmo. cxvij. Quia in di- lectione dei et p̄ximi vniuersa lex pendet et prophete. Deo gratias.

Sermo. iij.

Et aliā viā reuer

si sunt in regionē suā. Athth. ij. hoc verbū fm̄ intellectū historicuz declarat viam reuerfionis triū regū. scilz per aliā viam reuerfī sunt in regionē suam. et nō per illam per quā venerāt iuxta diuinā ordi- nationē et angeli reuelationem. dicētis eis ne redirent ad herodē. S3 iuxta intellectū alle- gorizū et spūalem dicīt de nobis qd debem? facere. scz ire ad regionē nostrā non vias per quā venimus. s̄ aliam propter quod oportet declarare tria puncta.

Primus qualis est terra vel regio nostra propria ad quam debemus ire finaliter.

Secundus qualis est via per quam posse- mus errare vt caueamus ab ea prudenter.

Tercius qualis est via per quam sine erro- re perueniamus ad patriam securiter.

Quantū ad primū dico q gla celestis illa est terra p̄pria et regio ad quam debem? ire fina- liter. que nostra est triplici ratione et iure. scz

Creationis

Redemptionis

Legationis

Quantū ad primū q̄re creditis q deus crea- uit celū non pro se qz iam habebat habitatio- nem latam. scz suā eternitatē. et veri? dñi q ce- lū et terra stant in deo q̄ q deus stat in celo vt in terra. qz deus non indiget sustentamento. Nec celum creauit pro angelis ex necessitate. Rō. qz cum sint creature spūales nō indigēt loco corporali. s̄ ipm̄ creauit p nobis q sum? corporales. ideo indigemus loco corporali. ḡ iure creationis illa regio est nra. Auctoritas. Annūciat de ea scz gla amico suo q possessio eius sit et ad eam possit ascendere. Job. xxxvj. Nota amico suo quia solum amici dei intrāt ibi. Inimici autem faciūt se indignos intrare

illud. Et ad eā possumus ascendere. scilz per scalam virtutū et bonoz operū. S3 est h̄ argu- mentū in opositū. qz dicit dauid p̄pha. Le- lū celi dño. trā aut dedit filijs hoim. ps. cxij. Celū. i. gla celi deo. Quō ḡ dabit homi iure creatōis. Rñtio q̄ p̄ essentiā et naturam gla celi soli deo debet. qz sua est essentialiter et na- turalit. terra autē cōpctit hoī. s̄ gla celi com- petit hoī p̄ administrationē diuinale. Ideo dicit annūciat de eo amico suo. Sc̄do est nostra iure redēptionis. qz xp̄s ipsā emit nobis ma- gno precio. scz sanguie suo. Non enim ipsam emit pro se: qz iam erat sua: s̄ pro nobis. quia nullus sanguis human? nec oia creaturaruz factarū et fiendaruz sufficissent ad emendū illā gloriā solū ad horā vnā. S3 venit fili? dei q dedit preciū magnū et supabundās. Ideo facti q sūt in gla dicūt deo: Redemisti nos deo in sāguie tuo ex oī tribu et p̄lo et natiōe. et fecisti nos deo nostro regnū et sacerdotes et regnabi mus super terrā viuozū. Apo. v. Redemisti nos. non dicit emisti sed redemisti. i. itēz emi sti. Dicūt om̄s sancti doctores p̄corditer q tā ta erat virt? sanguis xp̄i q̄ minima eius gut- ta fuisset preciū sufficiens et superabundans. Lum ḡ tot guttas effuderat. p̄mo in circumci- sione zc. Ideo non solum emit s̄ redemit. Et fecisti nos deo nostro regnum et sacerdotes. Nota dicit regnū et sacerdotes. qz om̄s qui in- trant glām padis sunt regnū q̄tum ad aīaz in qua deus regnat. in intellectu per cognitio- nē. in memoria per beneficioruz recordatio- nē. in volūtate per amorē et deuotionem. Et sunt sacerdotes q̄tū ad corpus ipm̄ deo sacri- ficando per p̄niam. et sic exponit glosa. Et re- gnabim? sup terras. non dicit in terra. Patet ergo q̄ illa patria est nra iure redemptionis. Tercio est nra iure legatōis. qz dñs noster iesus xp̄s in suo vltimo testamēto ipam nob dimisit. De? fecit duo testamēta. scz vctus et nouū. In veteri testamēto non dimisit illam alicui. s̄ dimisit argentū. aurū. panē. vinū. ci- bū et potū fruct? et victoriā inimicoꝝ. Deide fecit illud testamētū. scz nouū morte ipi? cō- firmatū. Testamētū em̄ nouuz in morte xp̄i firmatū est. ḡ et p̄mum est cassatū. In nouo autē testamēto legauit glām celestē dicens. Nolite timere pusill? grex. qz cōplacuit patri vfo dare vob regnū. Lu. xij. Nos sum? pusil- li respectu sc̄toꝝ āgeloz. Et ne despem? dic q mō et nos hēbim? regnū dei. Ideo dicit xp̄s. No- lite timere zc. S3 sūt mlti i mūdo q magi audī- unt et curāt de p̄missiōib? ve. te. q̄ de p̄missiō- nib? noui testa. qz nō curāt de gla eternaz fut- tura: s̄ de pecunijs. de honorib? dignitatib?.

h v

gla celestis et nra p̄pria nra

Fides vniuersa

Intus p̄ palmarū s̄ p̄ paratū cura q̄re v̄tute.

de victoria inimicorum etc. q. oia sunt transitoria et temporalia. Iohannes dicit legatum et cetero debemus curare et ipsum appetere et desiderare. Si aliquis miles dimisisset vobis aliquod castrum in suo testamento de quo nondum haberet possessionem. nocte et die laboraret ut ipsum haberet. Quod magister de castro glorie nobis a christo dimisso. Sed pauci sunt qui laborant ut habeant possessionem. Iohannes dicit ciprianus in sua epistola de mortalitate. Patriam nostram patri sum computem. parentes patriarchas et prophetas iam habere cepimus. Ut quod non speramus ut quod non currimus ad patriam nostram videre penes nostros visitare possimus. Adhuc illuc carorum numerus nos precessit et expectat turba filiorum patrum et amicorum qui iam sunt de sua salute securi adhuc de nostra solliciti. Patrum propter. Secundo videndum est qualis est via per quam erraverunt primi parentes. et nos sicut possemus ut caucamus. Dico quod in principio mundi via fuit errata per adam et eum. qui inveniunt tres vias totas quibus deviauerunt et amiserunt paradisi patriam et venerunt in hanc vallem misericordie et lacrimarum.

Prima fuit via superbie
Secunda fuit inobedientie
Tercia fuit gule

Non credatis quod peccatum gule fuisse primus. imo dicit scriptus Iohannes. i. p. q. ante de fructu venito comederit iam erat in eis peccatum superbie. quod quod spiritus dixit eue. Cur precepit vobis de? ut non comederet ex oculo ligno paradisi. Genes. iii. Hec fuit prima questio mundi a diabolo iuncta que fuit primus sophista in spiritu peccatis facie humana habitis. ut dicit magister historiarius. Statim facta questione eua habuit superbia. et que non comederem? ex oculo fructu. statim cor eius elatum est ex superbia. Ecce deviatio quod incepit in eua. Iohannes dicit scriptura. In initio omnis peccati est superbia. que tenuerit eam implebit maledictis et subvertet eam in fine. Eccles. x. Nota subvertet eum quod superbia vult esse aliquid super alios. et in fine ibi caput subvertit in infernum. Secundum peccatum fuit inobedientia sicut fuit in adam quod fuit secundus. quod magis debuit ipse cauere. Sed dicit Augustinus. quod adam peccavit nolens tristare suas delicias. Primo vixit que erat pulcherrima adam multum diligebat eam. id est amore ipsius comedit. quod si adam non comedisset ipsa sola fuisset donata et si filii nec fuisset peccatum originale. sed postquam ipsa comedit de fructu attulit ad eum ut comederet. Dixit adam ne comedatis ne moriamini. Rursus dicit eua. Ego comedi et non sum mortua. id est comedatis. Adam nolens eam tristari comedit. Ecce secundum peccatum. id est inobedientia. Quod ad adam sunt odie in mundo quod volentes complacere mulieribus in vanitatibus suis faciunt usuras. rapinas. malas advocaciones. falsas inias. furta. retentiones et homini. Iohannes apostolus. si

adhuc hominibus placere fuus christi non essem. ad Gal. i. David. Deo dissipavit ossa eorum que hominibus placent: confusi sunt quoniam de spreverunt eos. psalmus. lvi. Nota quod ossa sunt virtutes. quod sicut ossa sustinet corpus. ita virtutes sustinet animam. et ossa virtutum illorum que hominibus placet deum dissipavit et profundum in morte quoniam remittat in infernum. Tercium peccatum fuit secutum quoniam adam comedit. Ecce peccatum gule. Dis labor hominis ore eius et anima eius implebit bonis. Eccles. vi. Nota quod ubi nos habemus hominis iudei habent ade. quod omnes labores ipsius adert filiorum suorum in ore eius. id est ex peccato gule venest. Et dum os implet illo fructu anima fuit evacuata virtutibus et meritis. Iohannes dicit. anima eius non implebit bonis. imo evacuabit. Ecce secunda via deviatiois a paradisi via. Tercio videnda est via per quam deviamus revertere directe. quod dicit thea per alias vias reversi sunt in regionem suam. Iuxta illud Deuteronomio. xviii. Dis precepit vobis ut nequam per eadem viam revertamini. Ite mandatum est mihi a domino precipiens. Non revertes per quam viam veneris. iij. Regum. xiiij. Optat quod redire per alias vias tribus modo predictis prius que christus ordinavit et ostendit nobis.

Primo per superbia ostendit viam humilitatis.
Secundo per inobedientiam ostendit viam obedientie.
Tercio per gulam ostendit viam temperantie

Dico primo quod deus ordinavit et ostendit nobis per viam superbie viam humilitatis. quam primo ostendit opere quoniam descendens de celo voluit humiliari nostras miseras assumendo. Deinde ipsam ostendit verbo quando dixit. Descende a me quia mittis sum et humilis corde. Matth. xj. Ergo dimittatur via Ade et eue superbie et sequimur christum perviam planam securam humilitatis. De qua psalmus. xxxv. Erit ibi semita et via sancta vocabitur. et non transibit per eam pollutus et hec erit vobis via directa ita ut stulti non errant per eam. Non erit ibi leo et mala bestia non ascendet per eam. nec inveniatur ibi. Nota erit. In nouo testamento vias semita. quia vera humilitas consistit in duobus. scilicet in fundamento et in ornamento. Fundamentum humilitatis est in corde non superbiere de aliqua gratia perfectione vel dono. sed magis humiliari ad instar bastari qui quanto plus portat maius onus tanto plus inclinatur. nec se appreciat de pretiositate oneris quantumcumque sit pretiosum. Idem si portatis onus devoti onis scitatis vel divitiarum: vos portatis pretiosum scrinium mercatoris christi. id est caueatis ne ipsum perdat. Qui hoc cogitaret de nullo superbiat. Hec consideratio humiliabat beatam virginem. Adhuc quod portabat thesaurum et denarium pretiosum cum esset mater dei. Talibus considerationibus humiliabant sancti apostoli et omnes sancte persone

Primo gule non fuit peccatum primus sed superbia

Quare ad primam

Si adam non comedit non fuisset peccatum originale: dicitur quod eua comedit

Secundo ornamentum humilitatis consistit ad extra in operationibus. quod si estis vere humiles in corde non portabitis vanitates ad extra in corpore. Ecce que dicit propheta. Erit ibi semita. scilicet in corpore humilitate ad extra in operibus. ita ut stulti non errant per eam. quod nullus potest excusari quin possit pervia humilitatis incedere. Non erit ibi leo. id est superbia. nec mala bestia. id est mulier vana et superba. De euntibus ad paradisum per hanc viam humilitatis potest dici thema. per aliam viam etc. Secundo per viam inobedientie christus ordinavit et ostendit nobis vias obedientie. primo de factorum opere quod fuit in omnibus obediens deo patri. Iohannes apostolus. factus est obediens usque ad mortem mortem autem crucis. ad philippum. Et non qualem obedientiam habuit et ostendit. non solum deo patri. sed etiam virgini matri Ioseph nutritio. quia erat subditus illis. Luc. ij. Item crucifixionibus. quoniam vixerunt in exposita terra. et ipse statim obediit etc. Iohannes amore sui sumus obediens ei et preceptis dei. Hanc viam obedientie petebat david dicens. Regem pone mihi dñe viam iustificationum tuarum: et exquiram eam semper. psalmus. cxvij. Nota quod christus dedit legem viam obedientie per conditionem gentium mundi. Prima est devotio minorum prelatorum quibus christus dedit legem et viam iustificationum dicens. Pascite quod in vobis est grege dei. prudentes non coacte. sed spontanee secundum deum. neque turpis lucris gratia sed voluntarie. neque ut dominantes in clericis. sed forma facti gregis in aie. et cum apparuerit princeps pastorem precipietis in marcescibile glorie coronam. prima psalmus. v. Nota turpe lucrum est quoniam propter symoniam facit. Per hanc viam debet ire obediens domino prelati. Secunda est dñorum temporalium quibus christus dedit legem obedientie et viam iustificationum dei. Dñi quod iustum est et equum servus prestat: scientes quod et vos dominum habetis in celo. ad Colossios. iij. Tercia est religiosorum dicens. Obedite prepositis vestris sicut iacetis eis. Ipsi enim pugnant quasi rationem per animabus vestris reddituri. ad hebreos. vltio. Quarta est simplicium clericorum dei. Sicut lumbi vestri precincti. et lucerne ardentes in manibus vestris etc. Luc. xij. Quinta est divitum quibus dedit legem misericordie dicens. Estote misericordes sicut et pater vester misericors est date et dabitur vobis etc. Luc. vi. Sexta pauperum quibus dedit legem patientie dicens. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Lu. xxi. Et cetera que dicit Regem pone mihi dñe etc. De obedientibus dicitur thema. per aliam viam reversi. Tercio christus per viam gule ordinavit nobis vias temperantie seu abstinentie. primo de facto et opere. quod statim baptizatus a Iobbe intrauit desertum et ieiunavit. xl. diebus et xl. noctibus quod nihil comedit

Item verbo dicens. Primum agite. scilicet abstinete. do a delectationibus cibi et potus et aliorum. Iohannes primum preceptum quod deus dedit post diluivum fuit abstinentia. scilicet contra gulam. dicens. Carnem cum sanguine non comedes. Genes. ix. Iohannes dicit Gregorius. super illo verbo per aliam viam reversi sunt. quod a paradisi gaudijs per cibum cecidimus. ad hanc per abstinentiam quantum possumus resurgamus. Ista est via de qua dicit christus. Arta est via que ducit ad vitam et pauci sunt qui inveniunt eam. Matth. vij. Sed isti qui tendunt per istam viam vadunt recte ad paradisum. De quibus dicitur thema. Per aliam viam reversi sunt in regionem suam.

Sermo. iij. De epiphania.

Intulerunt ei munerera

Intulerunt ei munerera aurum thus et mirram. Matth. ij. Hoc verbum ad litteram loquitur de illis tribus regibus qui obtulerunt deo munerera etc. Sed iuxta intellectum analogicum que volo pertractare sciendum. quod deus in hoc munere fecit creaturas in triplici differentia. Quasdam creaturas fecit omnino spirituales. ut sunt sancti angeli. de quibus dicit scriptura sancta Qui facit angelos suos spiritus. Ite Lu. vi. Spiritus carne et ossa non habet. Alias creaturas fecit omnino corporales. quia tam corpora quam anime fiunt de terra. Dicit psalmus quod anima bruti educitur de potentia materie. Item dicitur textus. producat terra animam viventem in genere suo. iumenta reptilia et bestias terre Genes. ij. Ideo quando moritur brutus moritur etiam anima eius. Hoc satis tradit scriptura Iohannes. i. pte. q. v. art. vi. in solu. ad primum. Auctoritas. Lucta. supple que sunt in animalibus brutis subiacent vanitati. et oia pergunt ad unum locum. de terra facta sunt et in terram pariter revertuntur. Eccles. ij. Tercio fecit deus creaturas simul spirituales et corporales. scilicet hominem qui quantum ad corpus est corporalis et terra factus sicut animal brutum. Genes. ij. Forma ut deus hominem de limo terre quantum ad corpus. sed quantum ad animam est spiritualis similis angel. quia anima hominis non educitur de potentia materie. sed creatur a deo ut angelus. et creatus infunditur corpori. et infundendo creatur ad gubernandum et custodiendum castitatem corporis ad instar militis cui rex committit castitatem inter inimicos positum. si bene custodit castitatem premitur a rege. si autem male et premitur intrare inimicos regis tanquam perditus punitur a rege. Et ita moritur homo sicut animal brutum quantum ad corpus. Auctoritas. Unus est interitus hominis iuncto corpori et equa utriusque conditio. sicut moritur homo. sic et illa moritur. Et nihil habet homo amplius iuncto. scilicet quantum ad corpus. Eccles. ij.

In epiphania domini

Sed quantum ad animam homo est similis angelis. quia anima hominis est immortalis ut angelus. et enim anima hominis sit incorruptibilis probat efficaciter sanctus Thome. p. parte. q. lxxv. ar. vi. Et in morte corporis anima redit ad deum ut reddat computum deo et rationem de gubernatione corporis. Auctoritas. Reuertat puluis in terram suam unde erat. scilicet quantum ad corpus et spiritus redeat ad deum qui dedit illum. Eccles. vii. Qui dicit christus Redde rationem villicationis tue. Lu. xvi. Aplos. Statutum est omnibus hominibus semel mortuum ad corpus. et post hoc iudicium quantum ad animam. Heb. ix. A modo secundum Augustinum in libro de cura pro mortuis agenda. tres conditiones sunt defunctorum.

Quidam sunt boni perfecte. et isti offerunt deo aurum per magnum valorem.

Quidam sunt boni mediocriter. et isti offerunt deo thus per bonum odorem.

Quidam sunt mali peruerse. et isti offerunt deo mirram per amaritudinem.

De his omnibus dicit thema. Obtulerunt ei aurum thus et mirram. Dico primo quod quidam defuncti sunt boni perfecte. sicut sunt deuoti religiosi clerici vel laici. qui licet fecerint plura peccata. tamen pro tempore peruerterunt se ad deum et fecerunt magnam penitentiam de peccatis suis. Primo habuerunt magnam contritionem. Secundo propositum non reuocandi ad peccata. Tercio fuerunt confessi. Quarto satisfecerunt. Quinto remiserunt iniurias et orabant et ieiunabant. comunicabant. faciebant magnas elemosinas et multa opera bona. in tamen quod si in statera diuine iusticie ponerentur bona et mala. tales sunt aurum purum. propter penitentiam in hoc mundo factam. Ideo quod tales decedunt non transiunt per purgatorium. quia eorum anime iam fuerunt in hoc mundo purgate in furnello penitentiae. id est ut aurum purum et bonum statim ponuntur in cofris thesaurorum dei. scilicet in ordinibus angelorum dei. Sic dicit ecclesia de beata magdalena. In thesauro regis reposita est dragma perdita. Et talibus dicit Petrus apostolus. A modicum nunc si oportet contristari in variis temptationibus ut probatio fidei in se multo proficiosa sit auro quod per ignem probatur inueniatur in laudem et gloriam et honorem in reuelatione iesu christi. Pe. i. Nota modicum nunc. scilicet in hac vita penitentiam si per oportet contristari. quod dicitur operum penitentiae in fert tristitia et dolor hominis. vbi dolor et tristitia est propter de peccatis quod tamen placuerunt. Item dolor est recipe propositum non redire ad ea ad quod homo inclinatur naturaliter. Item de confessione quasi se diffamando siue diffamare se. et sic de alijs operibus penitentiae. Ideo dicunt varie temptationes. Sed in morte talis anima inuenitur in laudem gloriam et honorem. vbi tangunt tria quod sunt anime bone et per-

fecte. Primus est in mortis articulo angelus custos subito rotas letus ascendit in celum dicens christo quod sibi talis commissus est in extremis. et christus licet sciat omnia. tamen ad instar iudicis interrogat iustum et impium. et audit relationem angeli qui laudat illum de bona vita. de penitentia quam fecit. Ecce quare dicit inueniatur in laudem. Tunc christus precipit alijs angelis ut descendant ad associandum illam animam qui tamen nos diligunt quod dicitur ingerit se dicens. Ecce ego dñe mitte me. Item filij petri mitti quod simul cum angelis descendunt ad associandum animam patris vel matris etc. statim anima a corpore sepata videt eos et cognoscat eos dicens. Unde mihi tantum honor. Item Job loquens de persona bona et perfecta dicit. Si fuerit pro eo angelus loquens vno de milibus ut annunciet hominis equitatem. id est penitentiam miserabilis eius et dicit. Libera eum ut non descendat in corruptionem. Inueni in quod ei propicietur. scilicet penitentiam et dignam. Job. xxxij. Ideo David ps. xxxij. Exultate iusti in domino rectos decet collaudatio. Secundo dicitur ut inueniatur in gloria. quia talis anima sic perfecta scilicet angelis associata vadit ad instar sponsae in die nuptiarum. Quod qualis gloria quod tales et tanti reges duces et nobiles et barones paradisi associant ipsam et qualia festa fuerunt ei in qualibet platea paradisi per sanctos etc. di. Benedicta anima etc. Et ipsa inclinando se dicit. Non nobis domine non nobis. sed nomini tuo da gloriam. Propter hoc dicit. Non sunt condigne passionibus huius temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis. ad Ro. viij. Huius intellectum sanctus Thome. ponit prima sede. q. cxiij. ar. iij. vbi dicitur vtrum homo ex digno possit mereri vitam eternam.

Tercio dicitur ut inueniatur in honore. et hoc quod sancta anima sic associata venit usque ad cathedram christi vbi a christo recipit coronam glorie. Quod qualis est gloria coronari a summo pontifice. qualis honor est regi quod coronatur ab archiepiscopo. qualis est honor cesari Augusto coronari a christi vicario romano pontifice. quod tamen nihil est respectu illius honoris. sap. v. Iusti in perpetuum viuunt et apud dominum est merces eorum: et cogitatio eorum apud altissimum. Item accipiet regnum deonis et dyadema spiritus in manu dñi. De quibus dicit thema. Obtulerunt domino aurum. Dico secundo quod quidam sunt boni medio modo. scilicet sunt illi qui faciunt penitentiam de peccatis suis. proterunt de peccatis. sed non tamen sicut Magdalena. tamen si est vera contritio non est sine gratia dei. confitentur semel in anno. et seruant penitentiam eis data siue iniunctam. nihil aliud addentes. audiunt missam solum in diebus dominicis et festiuis. coicant in paschate. ieiunant precise ieiunia ecclesie. et nihil aliud faciunt nisi illa ad quod tenentur

Sermo III

Tales boni sunt. sed quia penitentia est modica respectu peccatorum. ideo modicum redolent. sed tales quando decedunt offerunt deo thus in igne purgatorio vbi tunc ardentem desiderant deum. De quibus dicit scriptura sacra. Quasi thus redolens in diebus estatis. quasi ignis effulgens et quasi thus ardens in igne. Eccles. i. In dicta auctoritate sunt tres clausule. Prima declaratur conditionem animarum imperfectarum. cum dicitur quasi thus redolens in diebus estatis. In diebus hyemis thus non redolet propter frigus. sed in diebus estatis redolet modicum: sed in igne multum redolet. Sic persone imperfecte modicum redolent: solum seruant illa ad que tenentur. et nihil aliud addunt. Tamen si dicatur eis in diebus ferialibus ut vadant ad missam. respondet non teneor etc. Item de alijs bonis opibus. Ideo recipiunt illas bonas delectationes et solatia que possunt sine peccato mortali. et seruant precepta dei. Secunda clausula innuit et declarat conditiones purgatorij. cum dicitur quasi ignis effulgens. Non intelligatur quod ille ignis purgatorij sit de lignis. sed est flamma pura et clara. Secus de igne inferni qui est tenebrosus ad instar ignis sulphurei. Sed ignis purgatorij est clarus quia anime que sunt in purgatorio sunt clare in fide catholica. et in conscientia per gratiam dei quam habent secum. sed purificantur in illo igne. Si dicatur iuxta regulam philosophie. Omne agens prestaturus est suo passo. Cum ergo anima sit potentior igne. quod ergo torquetur illa illo. Respondeo. Regula philosophie est vera: loquendo naturaliter. sed ignis purgatorij non agit naturaliter nec debetate propria. quia si sicut non posset aias cruciare quia nullum corporale potest agere naturaliter in rem spirituale. Sed ille ignis purgatorij agit super naturaliter tanquam diuine iusticie nec agit tanquam principale agens. Quomodo si debet vellet vna formica posset vnum angelum cruciare. Et virtute diuina ille ignis durat absque lignis. id est dicitur. Quasi ignis effulgens cruciat animam. Tamen de anima que vadit ad purgatorium dicit apostolus. Detrimendum patietur. ipse autem saluus erit sic tamen quasi per ignem. scilicet ad Lo. iij. Tercia clausula declarat modum quo portatur anima ad purgatorium. et ponit cum dicitur. Quasi thus ardens in igne. Dicitur secundum sanctum thome. quod anima portatur ad purgatorium a bono angelo. et non a malo. ut dicitur aliquid. quia talis anima erit cum victoria de capo belli huius mundi deuicto diabolo. Non est ergo verum simile quod victor capiatur a victo et portetur. Item secundum sanctum thome. portatur ibi a bono angelo. Dicitur practice quod mittitur thus in thuribulo etc. Sic bonus angelus recipit thus. scilicet animam de vasculo corporis dicens coram summo sacerdote: benedictus

te. christus vero dat sententiam quod sit tanto tempore in purgatorio quasi thus in thuribulo. et tunc anima est quasi thus ardens in igne euaporans sursum fumum laudis et benedictionis ad deum. quia euasit penas horribiles inferni. Secundo de animabus inferni que euaporant sursum ad deum fumum fetidum blasphemiarum et maledictionum. Nota exemplum de duobus valetis vel de seruis quos dominus vult corrigere. quorum vno humiliter petit veniam. alio non etc. De illis de inferno beatus Job. dicit. Estuauerunt estu magno. scilicet dānati et blasphemauerunt nomen dei. Apoc. xvi. Questio vtrius anime purgatorij possint adiuuari suffragiis nris quantum ad diminutionem temporis et penarum. Respondeo quod sic. Declaretur huius iuxta similitudinem membrorum corporis. quia omnia membra corporis coniuncta vno spiritu viuificantur et reficiuntur cibo ab ore sumpto. Secundo de membris ablatiis a corpore precisis. Item de corpore mystico ecclesie cuius corporis anime purgatorij sunt membra que eodem spiritu sancto viuificantur. Secundo de dānatis. quia sunt membra ablata et scissa a corpore ecclesie. Prover. xi. A hortio hominis impio nulla vitra erit spes. Taliter ergo anima purgatorij potest iuari suffragiis parentum et amicorum quod statim liberabitur. quia sententia que datur a christo standi in purgatorio tanto vel tanto tempore conditionaliter datur. Ideo apostolus ad Ro. viij. Qui secundum spiritum sunt quod sunt spiritus sentiunt. Dicit practice quod facto suffragio pro ipis ut dicta missa vel oratione vel absolutioe facta vel elemosyna data statim sentiunt alleuiationem pene. Dicit quomodo suffragium principale quod potest fieri pro ipis est suffragium missarum. Seruat tamen duabus conditionibus. Prima quod non fiat precium in missis etc. Secunda quod sacerdos sit bonus homo et amicus dei. tantum quantum homo potest cognoscere ad extra ne sit procurari etc. Greg. Cum his quod displicet ad intercedendum mittit. arati animam ad deteriora puocat. Item Job. ix. Sciam enim quod peccatores de non exaudiat. Scitā quod salubris est cogitatio pro defunctis exorare ut a peccatis soluatur. ij. Mach. xij. vide de hoc sermone Tercia conditio defunctorum est quod quidam qui sunt mali puerse. Dicit quod dicitur statu. sicut sunt illi qui sciunt se viuere in peccatis mortalibus et reata via ire ad infernum et nolunt dimittere peccata ut superbiam aut auariciam vel luxuriam etc. imo trufādo. ridēdo. comedēdo. bibendo. et delectādo vadunt ad infernum. De quibus dicit scriptura sacra. Ducit in bonis dies suos et in peccato ad inferna descendit. Job. xxi. Tales in morte descendunt statim in infernum vbi offerunt deo mirram amarā per magnum dolorem. Item in persona dānati dicit scriptura sacra. Amaritudo mea. ama. ysa. xxxvij.

In epiphania domini

Nota mors damnatorum est amara. quia in morte corporali perdunt omnia bona huius mundi. Secundo est amarior quando datur a christo sententia damnatorum irrevocabiliter. Tercio est amarissima quando iam cruciantur in inferno. et post iudicium cruciabunt simul in corpore. Dic quod deus dat gloriam vel penam in alio mundo secundum opera bona vel mala que homo fecit in hoc mundo. Ubi sciendum quod sicut in eterna vita siue beata diuise mansiones secundum verbum christi sunt. quia quidam clarius. quidam minus alijs vident diuinam essentiam ita etiam sunt inaequales gradus in tormentis infernalibus. Nam si omnes damnati in penis infernalibus quo ad durationem siue quo ad perpetuitatem sint pares. sunt tamen impares quo ad acerbitates. Sicut etiam omnes beati sunt pares in eternitate. supple participata diuine visionis et fruitionis. sunt tamen inaequales et impares quod ad gradum visionis secundum diuersam participationem facultatis quam sortiuntur ex diuersa participatione luminis glorie. Qui est plus abscondiderit in lumine glorie clarius et limpidius videbit diuinam essentiam et intensius fruitione fruatur. Hoc veritas est et doctoris sancti sententia in plerisque passibus eiusdem resolutione determinata.

Nota quod opera bona vel mala per prius sunt ab anima cogitando deliberando ordinando proponendo. ideo anima per prius meretur vel demeretur. sed in executione operis cooperatur. Verbi gratia. de aliquibus operibus propter quod anima prius habet gloriam vel penam. deinde post iudicium corpus etiam habebit gloriam vel penam. Deo gratias.

De eodem sermo. v.

Ab oriente venerunt

Ab oriente venerunt hierosolymam. Math. ij. hoc verbum ad istam declarat terminum a quo venerunt reges. cum dicitur. ab oriente venerunt reges. non tracti violenter sed libere. cum dicitur. venerunt. supple. libere. Et terminum ad quem. cum dicitur. hierosolymam. De isto intellectu non curabo amplius: sed iuxta intellectum spiritualiter intendo declarare quomodo gentes que sunt in peccatis possunt venire ad illam celestem hierosolymam. De hoc David in ps. cvj. Qui redempti sunt a domino quos redemit de manu inimici et de regionibus congregauit eos. A solis ortu et occasu ab aquilone et mari. Item Lu. xij. Venient ab oriente et occidente et a quilonibus et austru. et recumbent in regno dei. Ex his patet quod a quattuor partibus mundi gentes venerunt ad celestem hierosolymam quadruplici ratione vel modo. scilicet.

Ab oriente iuuentutis.

Ab occidente senectutis.

Ab aquilone aduersitatis.

A meridie siue austro prosperitatis.

De primis dicitur thema. Ab oriente venerunt.

Dico primo quod aliqui venerunt ad deum in hoc mundo per gratiam et in alio per gloriam ab oriente iuuentutis. et isti venerunt tracti per amorem sicut sunt homines et mulieres iuvenes qui in flore iuuentutis dant se deuotioni et bone vite et seruitio dei orando. ieiunando. non iurant nec mentiuntur. nec nocent alicui sed audiunt missas et sermones deuote. tales redeunt ad deum ab oriente iuuentutis. Jam videmus quomodo claritas dei in oriente incipit. Sic in talibus claritas bone vite incipit in oriente iuuentutis. Si tu haberes in manu tuam rosam pulchram recentem et rex peteret eam a te et ex alia parte peteret eam deosari et ex alia veniens captiuus. nunquid esset prius danda regi antequam alijs: imo. Idem de rosa seu flore iuuentutis quod a te querit rex christus. et ex alia parte veniens deosarius. scilicet mundus ille qui non curat nisi de fumo transitorio. et ex alia parte venit ipsam captiuus. scilicet demon. Cui ergo sit danda: clarum est quod regi christo. Ideo Threnoz. iij. Bonus est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Patet hic stulticia illorum qui dicunt. non placet mihi equus faleratus nec iuuenis volens uerberi deuotus. Tales veniunt ad deum ab oriente tracti amore quos dominus vocat. Auctoritas ysa. xlvj. Ego sum dominus vocans ab oriente auem. et de terra longinqua virum voluntatis mee. Quis dicit iuuenis duplici ratione. Prima est. sicut avis confidit in alis ad volandum. Job. v. Quis nascitur ad volandum et homo ad laborem etc. sic iuuenis confidit de iuuentute sua ad ambulandum. Secunda quod sicut avis nutrita quando esurit statim venit quando vocatur. sic iuuenis quando vocatur a deo in aliqua bona predicatione statim venit. maxime si videt rubricaturam passionis christi. Nota quod venator vocat falconem tripliciter. Primo ostendendo sibi rubedinem. Secundo ostendo partem de carne. Tercio clamando. Sic christus nos vocat. primo ostendendo rubedinem scilicet crucem. in qua eius caro fuit pro nobis suspensa. rubea. sanguinolenta. et qui iuuenis cogitat christi passionem et dolorem statim venit ad eum per deuotionem. quod adhuc non est intricatum cum mundo. Secundo vocat nos christus ut venator gustando de venatione. quod iuuenis audit missas et sermones libenter. et cogitat delectabilia gaudia paradisi. dicit iuuenis. Quod tam bonum est istud. et sequitur christum pro bona vitam. id est de ps. xxxij. Sustate et videte

Sermo V

quonia suavis est dominus. Tercio vocat clamando ore predicationis. Math. x. Non enim vos estis qui loquimini sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Iuuenis statim venit. secus de senibus qui sunt ut falco qui habet stomachum plenum. qui licet a domino vocatur. non venit sed fugit. Idem de senibus qui sunt pleni diuitijs quoniam audiunt deum clamantem ore predicationis. dicit cras. in quadragesima sequenti vel in aliquo anno interim venit mors etc. Si iuuenis statim venit. Job dicit Job cum esset iuuenis. Vocabis me ego respondebo tibi. Job. xij. Secundo dicit de terra longinqua duplici ratione. scilicet naturali et morali. Non naturalis est. quod iuuenis secundum cursum nature longe est a morte. licet in macello mactantur tot vituli qui boues. Secunda ratio moralis est. quia iuuenis multum est longe a deo quando non vult ieiunare nec orare etc. David. Longe a peccatis bus salus. Tercio dicit. virum voluntatis mee. Nota virum. id est virtuosum. quod talis placet deo. Dic exemplum quod narratur a tribus euangelistis. scilicet. Math. xij. Mar. x. Lu. xvij. De pueri qui portabant ad christum ut ipsos tangeret et benediceret. quod apostoli prohibebant. quod christus indigne tulit et dixit apostolis. Sinite pueros venire ad me. talium enim est regnum celorum. Dicit Marcus quod amplexabatur eos. Dico secundo quod alij veniunt ad deum ab occidente senectutis. et isti veniunt tracti per timorem. Sicut sunt illi qui totam suam iuuentutem dederunt mundo in vanitatibus superbie. luxurie. auaricie etc. et qui sunt senes absque moralibus iam non possunt ire nec comedere nec dormire. nec iam vult ipsos mundus. tunc ipsi dant se deo. Tales dicuntur venire de occidente. quod iam sunt in fine. scilicet iuxta mortem. et veniunt timore mortis. Deus non debet tales recipere in seruitium octogenarium vel nonagenarium. quod non faciunt nisi comedere et dormire. sed deus est pius et benignus et ideo recipit ipsos. quasi diceret. Vos stulti et tardi ad credendum etc. Lu. xxij. De talibus debet facere deus sicut fecit quidam rex de suo seruitore. qui dimisso rege iuit ad inimicos regis: cum quibus expendit totam suam iuuentutem faciendo guerram domino suo. Et qui fuit senex rediit ad regem qui suscipit eum in furca ut mereretur. Non sic facit deus cum sit totus pius. de his qui veniunt ad ipsum ab occidente timore. De quibus dicitur ysaie. lix. Timebunt qui ab occidente nomen domini. et qui ab ortu solis gloriam eius. cum venerit quasi flumi violentus quem spiritus domini cogit. Nota timebunt qui ab occidente. supple veniunt. nomen domini. non dicit nomen creatoris vel redemptoris seu saluatoris. sed dicit nomen domini. Quonia ista noia faciunt

quod plures stare in peccatis. cogitantes quod christus est creator et non in vanum creauit nos. sicut argentarius non in vanum facit cupam argenteam ut ipsam proiciat etc. Idem de nomine redemptoris quia redemit nos etc. Et de nomine saluatoris quia cuius sit saluator saluabit nos. Idem de nomine gubernatoris. ideo gubernat nos. Sed timebunt nomen domini. quod est nomen iusticie. ideo hier. x. Non est similis tui in dijs domine. magnus es tu et magnum nomen tuum in fortitudine. Quis non timebit te o rex gentium. Hoc nomen dominus tangit cor quoniam homo cogitat quod deus est dominus et ego sum seruus. Ideo si non facio sibi bonum seruitium ipse damnabit me. Isti modo venit timor domini. sed timor solus modicum valet. Ideo oportet quod ibi sit amor. Secundo dicitur quod si fluuius violentus quem spiritus domini cogit. Si dicatur quando senex timebit nomen domini. Respondeo. cum venerit quasi flumi violentus. scilicet peritio. Quia senex videt se prope mortem et cogitat penas inferni et quod erit de ipso. tunc sicut oliua periturus inter duas mortales. sic senex. Abola superior est rigor diuine iusticie. Abola inferior est pena inferni. tunc venit quasi flumi violentus. scilicet peritio cum lacrimis. de quo multum gaudet deus et sancti. David. Fluminis impetum lenificat ciuitatem dei. ps. xlv. Lu. ce. xv. Gaudium est angelus dei supervenire peccatore penitentem agere. et Ezech. iij. Abij amarum in indignatione spiritus mei. manus enim domini erat mecum condignans me. Nota quod manus domini habet quatuor digitos. Pollex est cordis contritio. Index oris confessio. Anulus debitorum restitutio. Anulus iniuriarum remissio. Auricularum eucharistie communitio. Fiat manus tusa ut saluet me. David.

Dico tercio quod quidam veniunt ab aquilone aduersitatis per dolorem. sicut sunt illi qui in aduersitate perueniunt ad deum et veniunt ad ipsum tracti per dolorem. Quia sicut aquilonis ventus est frigidus et stringit homines. ita aduersitas vel tribulatio stringit hominem cum deo. Job. xxxvij. Ab aquilone venit aurum. id est ex tribulatione venit homo ad deum. quia sicut aurum purificatur in furnello. ita peccator purificatur in tribulatione. Sunt multi qui quando sunt in prosperitate non curant de deo. sicut mulieres pulcre et iuvenes sed curant de ornamentis. tripudij etc. sed quando deus mittit eis tribulationes. aduersitates. infirmitates. diuisiones cum viris suis. tunc veniunt ad deum. ieiunant. deponunt vanitates etc. Item homines luxuriosi. auari. superbi parum curant de deo. Nota similitudinem Lu. xij. de illo qui fecit cenam magnam et vocauit multos. quod cena parata noluerunt venire etc.

fructus dei per gratiam
ad peccatum
per gratiam
ad peccatum
ad peccatum

In epiphania domini

Qui misit seruum dicens. Compelle eos in-
trare. scilicet p aduersitates dolores z tribu-
latōnes zc. Idem de hominib⁹ mundanis q⁹
se excusant de cena glorie nec curant ire p bo-
nam vitā seu viā quā nobis parauit xps. De
qua dicit ioh. Apoc. xix. Beati qui ad cenā
nuptiarū agni vocati sunt. A qua aliq⁹ se excu-
sant dicentes. Uillam emi. Ecce superbiam.
Quidā di. iuga bouum emi quinq⁹. Ecce aua-
riā. Quidā di. vxorem duxi. Ecce luxuriā
s⁹ compellunt venire aduersitatib⁹. tribulati-
onibus. infirmitatibus zc. z sic veniūt ab aq-
lone. Greg. Abala que nos hic p⁹muunt ad de-
um ire p⁹pellūt. sicut puer p⁹pellitur a patre vt
vadat ad scolaz pcutiendo. De istis pōt dici
illō. Ab aquilone venit aurum. Job. xxxvij.
Dico quarto q⁹ quidā veniūt ad deū d⁹ me-
ridie p⁹speritatis. isti veniūt tracti p rigorem.
Aberidies q⁹ est rigida z fertilis significat p⁹-
speritatem. que ē habere abundantā bonoz
tempaliū. bonoz dignitatū. diuinarū. sanita-
tum zc. que retrahūt hoīes ne veniāt ad deū
Auctoritas. In crassatus impinguatus dila-
tatus dereliquit deū factorē suoz. et recessit a
deo salutari suo. Deu. xxxij. Sz qñ tales qui
sunt in p⁹speritate p⁹uertunt ad deum. vt Da-
uid z patriarche dicunt venire a meridie p⁹-
speritatis ad deū. Auctoritas. Deus ab au-
stro veniet z sanct⁹ de monte pharan. pharā
i. abundans. De his quattuor simul vna au-
ctoritas. Ab oriente adducā semen tuū et ab
occidente pgregabo te. Dicam aquiloni da.
z austro noli phibere. Ysa. xliij. Nota ab aq-
lone adducā semen tuū. scz iuuenes nō violē-
ter s⁹ p amorez z libere. Ab occidente pgrega-
bo te. Dic de sacco tritici in agro dispersi quō
nō potest cōgregari nisi a deo. sic ne homines
mundani qui habent cor dispersi hinc inde
in diuitijs z honoribus. omīs radices cordis
ponunt hic inferius. Dicam aquiloni. id ē tri-
bulationi: da. et austro. i. p⁹speritati noli p⁹-
hibere.

In die epiphanie. Sermo. vi.

Ambulabunt gen-

tes in lumine tuo. Ysaie. lx. Pro d⁹
claratōne zc. Scienduz q⁹ dñs n⁹
iesus xps volens ostendere z declarare diffe-
rentiā inter tps ante suā incarnatōnem z tps
post dixit. Si q⁹ ambulauerit in die non of-
fendit. q⁹ lucem hui⁹ mundi videt. Si at am-
bulauerit in nocte offendit. q⁹ lux nō est i eo.
Job. xi. In ista auctoritate xps cōparat tps
ante incarnatōnem nocti. z tps post incarna-
tionem diei. Ratio q⁹ sicut dicitur dies qñ sol

lucet. z dicitur nox ab essentia solis. Jōez de
xpo sole iusticie. de quo dicit virgini Maria
Felix nanq⁹ es sacra virgo Maria z om. zc.
hic sol iusticie ex peccato Ade fuit absens ge-
neri humano. Volens adam plus complacere
vxori q⁹ deo comedit d cibo vetito zc. Au-
gustinus. Adam peccauit nolens contristari
suas delicias. Quia sic Adaz interposuit mu-
lierē inter se z deum quemadmodū terra in-
ponitur inter nos z solem qñ occidit zc. Jōe
David sol cognouit occasum suoz posuisti te
nebras z facta est nox. ps. ciiij. Sol scilz xpus
iusticie cognouit occasum suum qñ adaz pec-
cauerat interponendo vxorem zc. Posuisti
tenebras scilz peccatorum miseriarum et do-
lorum. z facta est nox. que durauit quinq⁹ mi-
libus annis et vltra. ideo tūc tempis gentes
que ambulant p istū mundum cadebant i er-
roribus zc. quia nō habebāt claritatem scien-
tie euangelice. Ideo dicit xps de illo tempo-
re. Si quis ambulauerit in nocte offendit. q⁹
lux nō est in eo. s⁹ orto sole iusticie super terra
in die natiuitatis incepit dies clara dans cla-
ritatem doctrinarum euangelij et instructio-
num moraliū. De isto die dicit xps. Si quis
ambulauerit in die nō offendit. id est non ca-
dit in errorem vel dubitatōnem vel falsā opi-
nionem. imo credit fidem catholicā z xpo p⁹-
dicatam. qui nō fallit nec fallitur nec decipit
nec decipit. ideo Ap⁹s. Nox p⁹cessit. dies au-
tem appropinquauit. ad Ro. xiiij. De isto die
dicit ppheta spū pphetico dño nostro hiesu
xpo. Ambulābūt gentes in lumine tuo. Pa-
tet thema. Adō ad eundū ad paradysum ne ca-
damus sunt nobis necessaria quatuor lumina q⁹
habem⁹ a dño. scz

Lumen intelligentie naturalis.

Lumen doctrine spūalis.

Lumen exempli virtualis.

Lumen gratie diuinalis.

De quolibet istoz luminuz dicit thema. Am-
bulabunt gentes in lumine tuo zc. Primū lu-
men nobis necessariū pro eundo ad paradysum:
ne cadamus est lumen de intelligentia natu-
rali ne homo sit stultus. Tand intellectus seu
ratio naturalis nihil aliud est q⁹ quoddaz lu-
men illuminans camera p⁹scientie. quēadmo-
dum cere⁹ accensus illuminat domum ad di-
rigendū nos in agendis. De isto lumine loq⁹
tur David deo dicens. Signatū est sup nos
lumen vultus tui dñe. dedisti leticiā in corde
meo. ps. ciiij. Nota sup nos. nō dicit infra nos
scz in sensualitate. s⁹ sup nos. i. in mēte. Lum
isto lumine hōspōt. regē se bñ z gubernare. in
trib⁹ singl⁹. i. in credēdis. in fiēdis. in spandis

11 dno q⁹ dñs nō dedit nobis
de re p⁹cepta moralia. Sermo VI
p⁹rellituz natiuitate possit fruy⁹ rem.

Primo in credēdis. q⁹ sicut ille q⁹ viget intel-
lectu naturali qñ intrat magnā domū vel pa-
laciū intellectu naturali cognoscit potentiā do-
mini qui illud fecit zc. Sic psona q⁹ viget itel-
lectu naturali qñ videt palaciū hui⁹ mudi. cu-
ius camere sunt in celo vbi sūt filij z amici dei
Stabulū est hic vbi sum⁹ nos cū bestijs. Lar-
cer inferni est inferi⁹ in corde terre p malefacto-
rib⁹. Ex aspectu q⁹ palatij hui⁹ mundi pōt co-
gnosci potētia dñi qui talē domū creauit solo
intellectu naturali absq⁹ mgro z doctore. quia
nulla dom⁹ fit a seipsa. Item in ordinatione
z motu corporū celestū intellectu naturali po-
test cognosci sapientia dei. Item ex eorum vti-
litate. quia influunt hic quotidie z p⁹tinue pōt
cognosci bonitas dei. Hoc dicit ap⁹s ad Ro.
j. Inuisibilia dei a creatura mundi per ea que
facta sunt intellecta p⁹spiciunt. ita vt sint inex-
cusabiles. Nota inuisibilia dei. sicut sunt attri-
buta diuina vt potentia. sapiētia. bonitas zc.
a creatura mudi. s. ab hoīe intellectu vigente
per ea que facta sunt zc. ita q⁹ sunt inexcusabi-
les. s. illi qui non credūt. Scdo lumie intel-
lectus naturalis possum⁹ nos gubernare in fiē-
dis. vñ dato q⁹ deus nō dedisset nobis decem
p⁹cepta moralia. per itellectū naturalē possēt
sciri z teneri. Qm intellectu naturali fact⁹ z oñ-
ditur z seruaf. q⁹ nullus fidelis seru⁹ z bonus
debet pro aliqua re recurrere ad inimicos dñi
sui. nec cū illis aliqd tractare ptra dñm suum
q⁹ dat sibi vitā z p⁹uisionē scz q⁹ in suis necessi-
tatib⁹ debet recurrere ad dñm suū potētem et
bonū. Ecce pmū p⁹ceptū. Non habebis de-
os alienos. Scdo intellect⁹ naturalis ostēdit
z indicat q⁹ serui z subditi debēt loqui de dño
suo cum reuerētia. Ecce secūdū. Nō assumes
nomē dei tui inuanū. Tercio itellect⁹ natura-
lis dicit q⁹ serui faciāt aliqd et tenent⁹ facere
aliqd fuitū dño suo ex q⁹ ipse prouidit ipsi de
victu. Ecce terciū. Memeto vt diē sabbati sā-
ctifices. Quarto intellect⁹ naturalis dicit q⁹
q⁹libet dñs vult q⁹ in domo sua iuuenes hono-
rent senes. Ecce quartū. Honora patrē z ma-
trem tuam zc. Quinto null⁹ dñs vult q⁹ in do-
mo sua aliqd recipiat vindictā de iniuria sibi
facta. sed q⁹ petat ab eo iusticiā. Ecce qntum.
Non occides. Sexto null⁹ dñs vult q⁹ in do-
mo sua aliqd cum filiab⁹ vel ancillis suis car-
naliter cōueniat nisi ipse dederit sibi in piugū
Ecce sextū. Non meaberis. Septimo null⁹
dñs vult q⁹ in domo sua aliqd recipiat aliqd
ab eo vel ab alio s⁹ q⁹ sit p⁹tent⁹ de pte sua quā
dñs sibi dedit. Ecce septimū p⁹ceptum. Non
furtum facies. Item q⁹ nullus diffamet alter
et sic de alijs. Patet ergo q⁹ lumen itellectus

naturalis dicitat nobis quid fiendū. Auc. Lū-
gentes que legem non habent naturaliter ca-
que legis sunt faciūt. eiusmodi legem non ha-
bentes ipsi sibi sunt lex. qui ostendūt opus le-
gis scriptū in cordib⁹ suis. testimoniuz reddē-
te illis p⁹scientia ipsoz. Ro. ij. Tercio lumē in-
tellectus naturalis sufficit ad ostendendū no-
bis quid a deo sit sperandū. Qm ratio natu-
ralis dicitat q⁹ quilibet bonus dñs potēs. sa-
piens z iustus dat retributionē suis bonis ser-
uitoib⁹ z malis seruitoib⁹ dat punitionem.
Cum ergo deus sit sūme bonus iustus potēs
z sapiens. ideo oportz dicere de necessitate q⁹
p⁹miat suos bonos seruitores qui seruiunt si-
bi iuxta suā voluntatez. z q⁹ punit malos zc.
hec aut retributio bonozum vel punitio ma-
loz seruitoz non fit in hoc mundo. ergo opor-
tet dicere z necessario credere q⁹ ē alia vita in
qua p⁹miat bonos et punit malos. vel deus
esset iniustus qd absit. De hoc ap⁹s. Sine fi-
de impossibile est quēq⁹ placere deo. Redere
em oportet accedentem ad deum. quia est. et
q⁹ inquitibus se remunerato sit. ad hōb.
xj. De isto lumie intellect⁹ naturalis dicit the-
ma. Ambulabunt gentes zc. Dico secūdo
q⁹ scdm lumē nobis necessarium est lumen de
doctrina spirituali. Rō. quia primum lumen
scz intellectus naturalis soluz nobis declarat
q⁹ debemus credere vnū deum z qd fiendum
z quid sperandū: s⁹ nō declarat nobis nec oñ-
dit q⁹ ille deus vnus sit in essentia et trinus in
personis. quia intellectus naturalis non suffi-
cit ad hoc declarandū vt pulcre ostēdit scūs
Tho. j. pte. q. xxxij. ar. j. huius rōnem sug⁹
in quodā sermone reperies. Ideo fuit nobis
necessariū lumē doctrine spūalis ab ore dei icar-
nati di. Tres sunt qui testimoniū dant in celo
pater. verbū. z spiritus sanct⁹. Et hi tres vnū
sunt. j. Job. v. Item lumen intellect⁹ natural⁹
non sufficit nobis ad declarandū qliter de ill⁹
trib⁹ personis diuinis. nec pater nec spiritus
factus s⁹ filius fuit incarnat⁹: s⁹ oñditur lumi-
ne doctrine cū ap⁹s dicat. Qui cum in forma
dei esset non rapinā arbitrat⁹ est esse se equa-
lē deo. s⁹ semetipm exinaiuit formā sui acci-
piēs in similitudinē hoīm fact⁹ z habitu inuen-
tus vt hō. ad Phil. ij. Itē nō sufficit intelle-
ctus natural⁹ ad declarandū quō xgo p⁹cepit
z pepit. z quō post partū xgo p⁹mansit. Sz h⁹
nobis oñdit lumie doctrine spūalis dicentis
Ecce virgo p⁹cipiet z pariet filiū. nō p⁹tem nec
spūscm. z vocabit⁹ nomen ei⁹ emanuel. Ysa.
vij. Itē q⁹ xps sit passus in cruce nō inquātuz
de s⁹ inquantū hō. nō sufficit itellect⁹ natural⁹
ad declarandū. ideo fuit necessariū lumen do-

ctrine spūalis. qđ ostendit quō xps voluit su-
spendi in cruce ne aliqs sibi credēs z obediēs
suspēdant in furca inferni. z ipse diues volu-
it soluere p̄cium redemptōnis p nob pauper-
ribus. ad Phil. ij. Humiliauit semetipsum fa-
ctus patri obediēs vsqz ad mortē: mortē autē
crucis. Item nō sufficit intellect⁹ nālis decla-
rare quō xps est in sacro altari⁹ verus de⁹ z ve-
rus hō z p̄fect⁹. imo fuit necessariū lumen do-
ctrine spūalis ab ore dei incarnati dicē. Caro
mea vere est cibus z sanguis me⁹ vere est po-
tus. Jo. vj. Nota vere est pot⁹ nō silitudina-
rie. Si dicat. Et si sacerdos ē malus ribald⁹
z c. nunqd̄ de p̄fici. Rūdeo qđ sic ita de sic sa-
cerdos bonus z sanct⁹. qz nō sit virtute sacer-
dotis. qz solum est instrū: s̄ sit virtute verbo-
rum xpi. S3 est ibi talis differentia. qz missa
boni z deuoti sacerdotis est in saluatōem sui
z alioz. Absissa autē mali sacerdotis est i dam-
natōez sui z alioz. vel illoz qđ ipam audiūt si
publicus fuerit. di. xxxij. p̄ter h̄ nihilominus
p̄secrat s̄ ad sui damnatōez z c. Greg. de p̄se.
di. ij. Quis fidelium dubiū habere possit i ip-
sa imolatōnis hora ad sacerdotis vocem ce-
los apiri z in ipso iesu xpo misterio angeloz
choroz adesse. qui recōmendant xpo bonum
sacerdotem. malū vō detestabunt petētes a
xpo licentiā ipsum occidi. Quibus respōdet
xps. Nolo mortem peccatoris s̄ vt magis con-
uertat z viuat. Ezech. xvij. Item non suffi-
cit lumen intellectus naturalis ostendere om-
nia que debem⁹ facere vt qđ debeam⁹ baptiza-
ri. z qđ ibi mūdēmur a peccatis a culpa z a pe-
na. ideo fuit necessarium lumen doctrine spi-
ritualis d. Nisi quis renatus fuerit ex aqua z
spūsancto nō introibit in regnū dei z c. Johā.
ij. Item. Nō sufficit intellectus naturalis qđ
si post bapūsmū peccam⁹ qđ p̄ p̄nias iterū san-
ctificemur: s̄ necessariū est lumen doctrine xpi.
di. Quoz remiseritis peccata remittunt eis.
z quoz retinueritis retenta sūt. Joh. xj. Itē
nō sufficit lumen intellectus naturalis ad sci-
endū qđ spandū ē in alio mōdo q̄tum ad glo-
riam aie. vel quid horrendū z timendū q̄tū
ad dānatōez. z de resurrectōe q̄tuz ad corp⁹
iō necessariū ē lumē doctrine spūalis di. Cle-
nit hora in qđ om̄s qđ in monumentis s̄ audient
vocē filij dei. z p̄cedēt qđ bona fecerūt i resur-
rectionē vite. qđ vō mala egerūt i resurrectōez iu-
dicij Jo. v. Licet em̄ intellect⁹ nālis sufficiat
qđ hēam⁹ a deo retributōez. nō tñ declarat qđ
lem. De isto lumē doctrine spūalis. Auctas
Ysa. ij. Dom⁹ iacob. i. xpiani veite z abulem⁹
in lumē di. nfi. Nō nō dicit i lumē intellect⁹
nfi. Jo dixit xps aliqb⁹ qđ erāt p̄tenti de p̄mo

lumine. s. intellect⁹. Adhuc modicū lumē est
in vob. Joh. xij. Tercū lumē nob necessa-
rium ē lumē de exemplo x̄tuali. Rō. qz viato-
res qui hñt ire p longā viam z periculōsā ne-
cesse est vt habeāt ductorē qui eis oñdat viā
nec sufficit doctrina. s. dicere eis verbo s̄ etiā
facto. maxime cū in via sunt plures vie. sicut
in via ab hinc vsqz ad celū. in qua primi du-
ctores fuerūt Adam z Eua qui in p̄ma die-
ta errauerūt in via z p̄ster om̄s ipsum sequē-
tes. ps. Ipsi vō nō cognouerūt vias meas.
quib⁹ iuravi in ira mea si introibūt in requiē
meā. ps. xciiij. Sed venit ali⁹ ductor. s. xpus
qui nunq̄ errauit viā. Ideo. j. Pet. ij. Seq̄/
mini vestigia ei⁹: qui p̄ctm̄ nō fecit nec inuen-
tus est dol⁹ in ore ei⁹. Et cuz in dicta via siue
via paradisi sunt multa biuia nō oportet respi-
cere nisi p̄ qnā xps ductor vadit. Primuz bi-
uium est ad sinistra supbie z vanitat̄. Ad de-
xtra mansuetudin̄ z humilitat̄. z p̄ istā iuit
xps. ideo dicit ipse. Discite a me qz mitis suz
z humilis corde z c. Math. xj. Scdm̄ est aua-
ritia z cupiditas z miscōia z liberalitas. p̄ p̄-
mū vadunt ad infernū auari. v. furarij. raptō-
res. fures z c. Respicite p̄ quam vias iuit xps
ductor qui dicit Lu. vj. Estote misericordes
sicut z pater vester misericors est. Tercium ē
luxurie z carnalitat̄. p̄ quā vadunt luxuri-
osi ad infernū. z mundicie et puritatis p̄ quā
iuit xps: ideo dicit sacra scriptura. Hec est vo-
luntas dei sanctificatio v̄sa vt abstineat̄ vos
a fornicatōe z sciat vnusq̄sqz vas suū possi-
dere in sanctificatōe. j. ad Thef. iij. Quartū
est inuidie z malignitat̄. z ad dexterā est via
amoris z charitat̄ p̄ quā iuit xps. de qđ iohā.
Apoc. j. Dilexit nos z lauit nos a peccat̄: no-
stris in sanguine suo. Quintū est gula z voraci-
tatis. p̄ qđ vadunt gulosi. Et aliud est ab-
stinentie z paritatis p̄ qđ iuit xps. ideo dicit
ipsemet Luc. xxi. Attendite ne grauent̄ cor-
da vestra crapula et ebrietate. et sic de alijs.
Unde possum⁹ dicere xpo illud Gen. xxxij.
Precedat dñs meus z ego paulatim sequar.
De isto lumē dixit iste sanctus senex simeō
Uiderūt oculi mei salutare tuum. Lumē ad
reuelationem gentium. Lu. ij. De isto d̄r the-
ma. Ambulabūt gentes i lumine tuo. Quar-
tum lumē est de grā diuinali. Cū sit multi qđ
hñt tria p̄dicta lumia. tñ nō vadūt ad paradisu
qz nō habuerūt istō q̄tū lumē p̄t̄ eoz malā
vitā z defectū. de qđ dicit iob. xxxij. Ipsi re-
belles fuerūt lumini. s. grē diuine. ideo neces-
sariū est illud de grā diuinali. s. gratia gratis
faciens. qđ est qđ dā lumē a deo infusum i ala.
Lui⁹ effectus sunt illuminare intellectū de cre-

qđ egrā q̄tū sanēdo r̄ q̄tū
e⁹ effect⁹.

dendis. inclinare voluntatez in fiendis. et in-
flamare affectū in desiderādis. De isto lumi-
ne Ysa. lx. Surge illuminare hierlm̄. in per-
sona xpiani tropologicē. qz venit lumen tuū
z gloria dñi sup te orta ē. qz ecce tenebre ope-
rient terrā. sup te autē oriet dñs. s. p̄ lumē gra-
tie. Ex his sequit̄ qđ deus reputat nos perso-
nas nobiles. z vult qđ cū quatuor luminib⁹. i.
quatuor cereis accessis vadam⁹ ad paradisu.
Cū tamen nos simus vermes putridi. z vult
qđ honorabiliter vadamus ad paradisu. ideo
dicit thema. Ambulabunt gentes. s. ad para-
disum in lumine tuo z c.

Dominica infra octa. Epiphanie.

Sermo prim⁹.

Voluntas dei bo-

na bñplacens z p̄fecta ad Rō. xij.

Et in epla iuxta motiū thematis
in sermone volo vob declarare bienē qđ vult
deus a nob. qz h̄ est nob multū necessariū ad
sciendū. Pro hñdo hic diuinā grāz z in futu-
ro glām dei. S3 primo salutē v̄go. Abaria.
Voluntas dei bona z c. Pro hui⁹ vbi decla-
ratōe z materie p̄dicande introductōe sciē-
dum qđ inter om̄ia nob multum necessaria ad
gubernatōez vite est scire qđ vult de⁹ de nob
Rō. qz nullus seru⁹ p̄t̄ bñ seruire dño suo ni-
si sciat ei⁹ voluntatē. qđ sunt illa qđ sibi placent
z qđ illa que sibi displicent. alias credēs sibi s̄
uire bene: male seruiret. Sic nos om̄s xpiani
sumus seruitores xpi. in domū cui⁹ intramus
ad seruiendū sibi in baptismo in qđ p̄mittitur
nobis vita eterna siue salariū vite eterne. qñ
sacerdos querit quid petis z c. Rūdet vitam
eternā. s̄ abrenūcia sathane z p̄p̄is ei⁹. Rū-
det. abrenūcio. Ideo oportet nos scire qđ vult
deus de nob de qlibet statu qđ vult a religi-
osis. qđ a clericis. qđ a dñis. qđ a p̄latis. qđ
a diuitib⁹. qđ a paupib⁹. qđ a sanis. qđ ab in-
firmis. vt quilibet se gubernet iuxta volūta-
tem dei. Propter h̄ dauid orādo dicebat z qđ
rebat a deo vt sibi oñderet quid volebat: di.
Dñe ad te p̄fugi doce me facere voluntatē tu-
am qz deus me⁹ es tu. ps. cxlij. Nota dñe
ad te p̄fugi scz ad tibi seruiendum: ideo doce
me facere voluntatē tuā. qđ nō p̄t̄ sciri nisi ab
eo reuelē. Quis est hoim̄ p̄t̄ scire p̄siliū do-
mini. aut qđ poterit cogitare qđ velit z eus.
Sap. ix. arguendo a ministro. s. si volūtas ho-
minis nō p̄t̄ sciri nisi reuelē ab hoie quō sci-
etur volūtas dei nisi ab ipso reuelē. Jo mō
in nouo testamento reuelauit nob clare quid
vult a nob p̄t̄ h̄ deuote dixit apls in thema
Volūtas dei bona. bñplacens z p̄fecta. vbi

ostendit apls qđ de⁹ vult a nob tria principa-
liter ad qđ om̄ia sunt reducibilia. Vult enī a
nobis primo p̄uersatōez p̄nalem. ideo dicit
volūtas dei bona. Scdo duratōez v̄talem.
ideo dicit volūtas dei bñ placēs. Tercio sal-
uationē celestialem. ideo dicit volūtas dei p̄se-
cta. Dico p̄mo qđ de⁹ vult a nob cōuersati-
onē p̄nalem. qz om̄s sum⁹ p̄ctōes nec aliqs
p̄t̄ se de p̄ctō excusare. j. Jo. j. Si dixerimus
qz p̄ctm̄ nō habem⁹: ipsi nos seducim⁹. z ve-
ritas in nobis nō est. Ideo vult de⁹ de p̄ctōi-
bus p̄uersatōez p̄nalem. qz peccando qlibet
vertit dorsum deo z faciē ad bona hui⁹ mūdi
vbi grā. supb⁹ v̄t̄ dorsuz dō z faciē ad hono-
res. dignitates. z officia z c. Idez de alijs pec-
catis. auaricie. luxurie z c. vult qđ de⁹ vt p̄ctōr
p̄uertat se. s. vt v̄tat dorsum bonis h̄ mundi
honorib⁹. dignitatibus z c. z p̄uertat faciē ad
ipm̄ deū ad seruiendū sibi z obediendū. amā-
dum z desiderandū z c. Istam p̄uersatōnem
p̄nalem vult de⁹ a nob. Auctas. Nunqd̄ vo-
luntatis mee est mors impij dicit dñs deus.
z nō vt p̄uertat z viuat. Ezech. xvij. De ista
voluntate dei dabo vobis vnā pulcrā ratio-
nem. Sicut argentari⁹ postqđ fecit vnaz pul-
cram cupaz vel taceam de auro vel argēto qđ
cudit in terra vel luto vel frangit̄ z deturpat̄
p̄pter hoc argenterius nō p̄iūt illam cupaz
vel taceam cū sit de materia p̄ciosa. secus de
vase modici valoris. de vitro. terra. v̄ ligno
sed vult ipsam cupā vel taceaz reformare ite-
rum z renouare in fornace vel in cude refora-
re seu reparare. Sic deus ab initio fecit diū-
sa vasa vel taceas de stanno vel de plumbo.
de argento z auro scilicet diuersas creaturas
sed solum hominem fecit de auro. quia est ad
imaginem dei. Ideo de alijs creaturis corpa
lib⁹ si cadāt z frangant̄ de⁹ nō multū curat: s̄
de homine quando cadit in peccatū mortale
superbie vel auaricie z c. multū curat. qz ma-
teria est p̄ciosa. z nō vult vt p̄datur vel an-
nihiletur p̄ mortem: sed vult qđ reformetur et
renouetur ad instar vasis auri. vel argenti in
fornace penitentie. Nota qđ sicut cupa refor-
mat̄ tripliciter. s. in fornace vel in cude. v̄ ali-
as. Sic p̄ctōr triplr̄ reformat̄. p̄mo in for-
nace p̄ritōnis p̄terēdo z dolēdo de p̄ctis su-
is z c. Scdo in in cude p̄fessōis p̄tēdo p̄ctā
feriendo cū martello accusatōis. accusando
seipm̄ fortiter seruata v̄tate. Tercio reforma-
tur seruando p̄nias iniunctā a cōfessore. Hec
est voluntas dei bona. Jo apls. Hoc bonum
est z acceptū corā saluatore n̄ro deo. qui vult
om̄s hoies saluos fieri z ad agnōez v̄tate
venire. j. ad Thimo. ij. Nō qui vult om̄s ho-

Imperium mali
z in dānatōe
z dū dicitur h̄ p̄ndi
m̄ p̄t̄.

mines scz peccatores saluos fieri p uerfioez pnialem z ad agnitōnem veritatis venire. q̄ tum ad infideles. Si dicat: q̄re ḡ nō om̄s sal uanf ex q̄ ipse de⁹ vult zc. R̄ideo q̄ tu nō vis fieri. Si dicat. nūqd̄ volūtas dei ē maior et efficacior q̄ mea. R̄ideo q̄ imo: sed dimittit ipsam in libertate. Dico sc̄do q̄ post puer/ sionem penitentialē vult de⁹ a nobis duratō nem virtualem z pseuerantiā in bona vita i/ cepta. nō p̄tentat deus de sola inchoatiōe bo ne vite imo vult duratōem. Sūt multi q̄ sibi to p̄uertunt ad deū q̄n aliquā audiūt bonaz p̄dicatōnem z pponūt bene viuere s̄ paulatī desistūt. Hoc nihil valz: ideo vult de⁹ duratō nem virtualem. Ratō. quilibz mercator vult vt bene p̄scruent̄ z custodiant̄ merces preci/ ose quas ipse emit. z quāto sunt meliores z p̄ ciosiores. tanto magis vult vt diligent̄ cus/ todiant̄. Idem de dño n̄ro iesu x̄po optimo mercatore qui optime cognoscit merces z io/ calia p̄ciola. qui venit ad nundinas hui⁹ mū/ di ad emendū aīas n̄fas di. mūdo. Da mihi animas: cetera tolle tibi. Sc̄i. xiiij. Adhō in h̄ mundo nulle alie merces nec iocalia sūt ita p̄ciola sicut est anima hominis vel mulieris. Unde si om̄es creature corpales scz sol luna aurum zc. essent simul in vna statera pl⁹ pon deraret vna anima sola in valore q̄ om̄s ta/ les creature corpales. Ideo x̄ps bonus mer/ cator nō auro nec argento emit animas n̄fas quia nō fuisset p̄cium sufficiens: sed emit eas p̄ciosissimo sanguine infiniti valoris. j. Pet. j. Non corruptilibus auro. vel argento re/ dempti estis: sed p̄ciosissimo sanguine x̄pi ie/ su. Anima est tam p̄ciosum iocale et tantum p̄stet dño s̄u x̄po q̄ vult q̄ non p̄datur nec furec a latrone. s. dyabolo: s̄ q̄ p̄seruet z du/ ret in bona vita. Dauid ps. xxx. Dñe in vo/ luntate tua p̄stisti detori meo virtutē. i. ani/ me mee virtutē. s. duratōnis virtualis. Adhō/ do cogitate q̄ malū est peccare mortaliter et p̄dere animaz tam p̄ciosum iocale a x̄po tam care emptum. Nota ad p̄positum pabolā illius mercatoris qui in nudina emit p̄ciosif/ simā margaritam. p̄ qua dedit quicqd̄ habe bat. quā p̄misit vxori custodiendam in quo/ dam panno rudi inuolutam. Que nesciēs e⁹ valorem. ipsam dedit p̄ duabus lactucis p/ pter qd̄ iratus vir occidit eā gladio. hic mer/ cator est x̄ps qui emit p̄ciosissimam margari/ tam scz aīam meā z tuā zc. p̄ q̄ dedit totū sā/ guinē cui⁹ vna gutta plus valet q̄ qcqd̄ cre/ auit. Quā aīam p̄mittit x̄pus vxori. s. p̄sone x̄piane. q̄ est sponsa x̄pi. Osee. ij. Sponsabo te mihi in fide zc. dicit x̄ps p̄sone x̄piane. ego

teneo meā tu tuā z ille suam in corpe et venit lactuca scilicet temptatio dyabolica tempore estatis quādo p̄sone est calida p̄ cupiscenti am de muliere vl̄ beneficio. vel de honore vl̄ dignitate zc. Et venit temptatio vt lactucaz portans z loquit̄ inaginationi di. Tu pote/ ris habere quod vis si facis hoc zc. si das tibi zc. z vis recreari. p̄sentis temptatōni. tūc tra dis margaritam dyabolo. i. animā tuā. Idem emendo vel vendendo cum vsura tunc das animā dyabolo. Idem de ql̄ibet pctō mortā: li pōt dici q̄n mercator x̄pus venit. scilicet in morte vel in iudicio querens a te margaritā. quid dices. Logita quid tūc faciet x̄ps de te. faciet sicut mercator fecit de vxore sua stulta. ideo vult deus vt duremus z pseueremus in bona vita. custodiēdo diligenter animaz no/ stram. dicente x̄po de quolibet quod dixit ie/ sus de iohanne. Sic cum volo manere. s. i bo na vita. donec veniā Job. vlti. qui existēs in gratia dei iohannes. i. cui data est grā. Ideo dicit x̄ps de ipso. sic cum volo manere zc. be atus qui tunc pōt r̄idere x̄po. Dñe ecce ani/ mam meā quō custodiui vobis diligēt. hec est voluntas dei b̄nplacens. De qua Dauid. Beneplacitū est dño sup timentes eum. ps. cxlvi. q̄m timor custodit viruz. Dicitō q̄mo/ do mulier timeret adulterari cogitādo q̄ vir eius respiceret eam p̄ fenestrā. sic nihil possu/ mus facere in hoc mūdo quin totum videat deus p̄ fenestrā sue scientie. Ideo timere de/ bemus ad instar mulieris que non audet lo/ qui cum amasio suo respiciente viro. Quia timor dñi expellit peccatū. z qui sine timore ē non poterit iustificari. Ec̄i. j. et Ec̄i. xxvij. Si nō in timore dñi tenueris te instanter. ci/ to subuertetur domus tua. Tercio vult a nobis deus saluatōem celestialem. Post cō/ uersionem penitentialē z duratōnem virtua/ lem vult de nob de⁹ saluatōez celestiale. R̄o. qz quelibet p̄sone prudēs z discreta vult du/ cere opus suū ad finem pp̄ quē fit illud op⁹ als effect defect⁹. vel potentie. vel sapiētie. vl̄ iusticie. Adhō videam⁹ p̄pter quez finem fecit nos de⁹. nō vt habitem⁹ in hoc mūdo finalit̄ q̄m mundus iste nō est nisi via quā intramus p̄ portā natiuitatis z exim⁹ p̄ portaz mortis. vbi grā. vbi sunt illi qui erant modo sunt tot anni: nec fecit nos de⁹ isto fine vt p̄gregemus pecunias nec redditus zc. qz oīa sunt dimit/ tenda in morte. qz tā reges dñi. q̄ etiaz pape z plati dimittit suas dignitates zc. Nec fecit nos deus vt demus nos delectatōnib⁹ carna libus zc. ad instar aīaliuz brutoz. q̄ etiā h̄nt illas delectatōnes: s̄ fecit nos de⁹ isto fine vt

habeamus vitam eternam ad Roma. vi. Si nem vero vitam eternā scilicet habere. Si er go quelibet p̄sone vult q̄ opus suum veniat ad finem: multo magis deus. Ideo vult de⁹ de nobis saluatōnem celestialem. que ē finis noster. Auctoritas. Luce. xix. Venit fili⁹ ho/ minis querere z saluū facere quod perierat. Subditur. Non est voluntas ante patrē ve/ strum qui in celis est vt pereat vnus de pusil lis istis Athabei. xvij. Questio. dicet ali/ quis si voluntas dei est vt om̄es saluent̄. q̄re tot damnant̄ cum sua voluntas sit omnipo/ tens. Quare ergo damnantur tot infideles. iudi. agareni. z tot mali christiani. si de⁹ vult vt om̄es habeant saluatōnem celestialem. q̄ re ergo tot vadunt ad damnatōnem. Respō sio. Voluntas dei est vt om̄es saluentur: sed tu nō vis saluari: sed dices. volo saluari. Res ponsio verū est verbo: sed nō de facto. Un/ de qui dicit se velle ire ad nusciaz verbo z re/ cipit facto viam versus maguntiam mentit̄. Idem superbus dicit verbo q̄ vult saluari z ire ad paradisum: sed facto recipit vias infer ni. Idem dicatur de quolibet peccato. Unō nō est voluntas sed velleitas. vt dicit sanct⁹ Thomas: in his qui volūt per vias peccato/ rum ire ad paradisum. Patet ergo q̄ tu nō vis saluari: sed voluntate proprie dicta. dum inten/ dis in peccatis permanere. Nota de rege similitudinem qui vult q̄ omnes de ciuitate habeant bonum z viuant. si dicatur ergo q̄/ re suspēdit illum. Responso. quia fecit con/ tra ordinatōnem meam. Ego ordinavi pro/ pter bonum ipozum ne furentur aliquid: sed iste fecit oppositū. ergo zc. Idem de alijs pec catis. Idem de deo qui vult q̄ omnes habeāt bonum saluatōnis celestis. ideo ordinauit q̄ omnes infideles veniant ad fidem. z baptizē tur. z ipsi nolunt obedire. ideo damnant̄. q̄a deus nō vult cogere liberum arbitriū. Ideo de christianis ordinauit decem p̄cepta zc. z nolūt facere. Idem de religiosis z clericoz dinauit vt viuant honeste zc. z nolūt. Sicut enī bonus dominus z iustus vult q̄ omnes si/ bi subditi habeant bonum seruando suas or/ dinatōnes: ita z deus. quia ista est dei volun tas p̄fecta. De qua dicit ap̄tus. Qui cepit in vobis opus bonū p̄ficiet vsqz in diem ihu cri sti ad phil. j.

Dñica infra octauas Epiphanie.
Sermo. ij.

Reformamini in o
uitate sensus vestri zc. ad Rom. ij.

 do quando dicit' aliqua missa vel dat' elemo:
 sina p animā in purgatorio existenti que p il:
 la est: statim illa aīma sentit refrigeriū. z om:
 nes in purgatorio illi' misse participes effici:
 untur. z si illa anima p qua dicit' nō indiget:
 statim reuertit' ad vos meritū zc. ps. xxxij.
 Oratio mea in sinu meo reuertet'. Auidentur
 seculares primo ne in missa faciant pccium' zc.
 scdo vt querāt bonos sacerdotes. Gregor'.
 Cum is qui displicet ad intercedendū mitti:
 tur. irati animus ad deteriora puocatur. Sā:
 cta g z salubris est cogitatio p defunctis ex:
 orare vt a peccat' soluant'. ij. Ath. xij. Dic
 ptra illos qui nō pplent testamenta zc. Luc.
 xvij. Nunqd vindictā faciet deus lectorūz
 suorū clamantū ad se die ac nocte. z patienti:
 am habebit in illo. Dico vobis quia cito faci:
 et vindictā illoz. z. xij. q. ij. Qui oblatōnes
 defunctorū aut negant aut difficulter reddūt
 tanq; egentium necatores excomunicentur.
 Et. xij. q. ij. Qui abstulerit aliquid patri vel
 matri. dicet' hoc peccatum nō esse. homici:
 dij pnceps est.

Sermo. iij.

Dea operarios

et redde illis mercedē. Ath. xv.
 Inter omēs dñicas toti' anni ista
 est de maiorib' et sensibili noie vocat' septua:
 gesima. Rō quia mō appropinquat temp'
 penitentie. s. quadragesima. q pstitit i septez
 hebdomadis. In q peccatores faciūt pñiam
 p septe opa penitentialia. de septe peccatis
 mortalib'. p obtinēdis septe donis spūscā.
 z septe beatitudinib' paradisi. Ecce qre dicitur

septuagesima. Et de euangelio huius erit ser:
 mo: Sed primo salutē virgo Maria. Uoca
 operarios zc. In isto euangelio hodierno cō:
 tinentur multa z magna secreta z difficulta:
 tes que nō possunt in vno sermone declarari
 Ideo modo solum volo declarare pūcta pñ:
 cipalia que sunt duo. s.

Primus de vocatōne tpali.

Scds de tribulatōne eternali.

De scdo dicit the. z est verbū dei pñs ad fili:
 um ei' ihm xpm loquens de iudicio generali
 dices. Uoca oparios z redde illis mercedē.

Dico primo q prim' punct' erit de vocati:
 one tempali quō de' vocat aliq; ad se p bo:
 nam vitā z pñiam in h' mūdo scdm q ipemet
 declarat in euangelio hodierno p talē simili:
 tudinē dices. q erat quidā pffamilias q ha:
 bebat quandā notabilē vineā. ppter quā vo:
 lens pducere oparios sur: exit mae z hora p:
 ma exiit in platea z pduxit oparios. quibul'
 pmisit singulos denarios argēti. z misit eos
 in vineā suam. Egredus circa horā terciā vi:
 dit alios stantes in platea vel foro ociosos. z
 illis dixit. Ite z vos in vineā meā: z quod iu:
 stum fuerit dabo vobis. Item exiit circa sex:
 taz z nonā horas. z fecit similiter. Circa vero
 horā vndecimā exiit: que est inter vesperez
 ppletoriū z inuenit alios stantes quib' dixit.
 Quid hic statis tota die ociosi. Dixerunt ei.
 Quia nemo nos pduxit. dixit. Ite et vos in
 vineam meā. Hic ostenditur vocatio tempa:
 lis. Sed oportet prius tria declarare anteq;
 intramus materiā.

Primo quis est iste paterfamilias.

Scdo que est ista vinea.

Tercio q sunt iste hore. pma. terciā zc.

Nota q hoc nomen pffamilias est gti casus
 fm declaratōnez grecā: z numeri singularis.
 Iste g pater familie. s. xpiane ē sol' de' qui so:
 lum xpianis dat hereditatē paradisi. Istō mo:
 do nō dicit' pater iudeoz agarenoz nec alio:
 rum infidelium. Ideo nō dicit' paterfamilias
 in plurali: sed paterfamilie. s. xpiane. quā ge:
 nuit in baptismo in vtero sponse sue scilicet ec:
 clesie. Et xpianis tanq; filijs dat suam here:
 ditatem. quibus dicit' ipsemet. Omnes vos
 fratres estis: vnus est em pater vester qui in
 celis est Ath. xij. Uinea hui' patris fa:
 milie est vita spiritualis sancta z deuota p ip:
 sum valde dilecta que habet tot vites q rel:
 giosos. qui tenent vineam z non agrum. du:
 plici differentia que est inter agrum z vineāz
 Prima. quia vinea indiget maiori cultura z
 cura qz ager. Secunda qz vinea indiget clau:
 sula siue bardica. et ager non. Sic etiam vi:

nea spūalis que est vita religiosoz clericoz z
 deuotaz psonaz dicit' vinea. qz cuz magnis
 laborib' z cura intram' paradisi. etiam habe:
 mus maius salarium. Sed vita laycorūz est
 ager qui nō indiget magna clausura nec tan:
 to labore z sufficit eis tenere pcepta dei. Pri:
 mo q in suis necessitatibus nō recurrāt ad di:
 uinos zc. sed ad xpm. Scdo q loquantur de
 deo cum reuerentia z honore tanq; de domi:
 no. nec p aliquo lucro vel amico debent iura:
 re false nec blasphemare. totuz hoc est leue ad
 faciendūz. Tercio vt quiescatis in dominica
 postq; laborastis p totam hebdomadā. z au:
 diatis missam cum silētio zc. Quarto hono:
 rare pentes: quia etiā animalia brut' hoc fa:
 ciūt: vt patet de ciconia. Quinto nō occide:
 re aliquem: nisi p iusticiā zc. Sexto. nō forni:
 cari nec facere adulteriū. Septimo. nō furtū
 facere: quia ipse totum dimisit. Octauo. non
 falsum testimonium dicere nec in iudicio. nec
 extra iudicium. Non. nō pcupiscere vxorez
 primi. Decimo. nō pcupiscere bona primi.
 Ecce decē pcepta quia leuia sunt. s. Jobā. v.
 Hec est charitas dei vt mandata ei' custodia
 mus: z mandata ei' gūa nō sunt. Ideo xps.
 Si vis ad vitam ingredi serua mādata Ath.
 thei. xij. Nos autē religiosi qui sum' vinea in:
 digem' maiori labore z cultu. quia nō solum
 tenemur seruare pcepta decem vt laici: sed
 etiam tenemur ad vota religionis et ad ceri:
 monias. Item non sufficit pbyteris seruare
 decem pcepta: sed etiam obligant' tenē vo:
 ta que sunt ordinibus annexa. z facere serui:
 tium dei. surgere de nocte ad matutinas. di:
 cere septem horas canonicas z missam deuo:
 te. viuere tenent' caste. quia habent tractare
 illud sacramentum altaris in quo est sanctus
 corpus xpi seruando cor mundū a malis co:
 gitatōnib'. Ath. ab imūdis acerb' et ludis.
 Os a blasphemijs iuramentis et mendacio.
 corpa corruptōnibus luxurie. qz est sepulch:
 xpi ne pñiat in latrina zc. Idem de laycis q
 volunt viuere spūaliter. qz plus facere debēt
 q alij layci. s. pñiteri z cōicare frequēter. orare
 quolibz die. ieiunare sepe. Ecce quomodo vi:
 nea vite spiritualis indiget maiori cultura qz
 ager. s. vita laycorūz. Pro ista vinea dauid
 orando dicebat. De' virtutū puertere de ce:
 lo z vide z visita vineā istā. et pñice eam quā
 plantauit dextera tua. ps. lxxix. Nota in his
 vrbis duas differentias. Prima ibi. De' vir:
 tutū puertere. qm multi sunt in vinea religio:
 nis q nō tenēt vitaz spūalem. pp' h' dicit de'
 virtutū puertere nos religiosos. hūc mundū
 z aliū. respice d' celo z vide z visita. s. tāgēdo
 m iij

ad q obligat' decem

corda vt pueriam ad seruandū que voui-
mus. De illis aut qui iam seruāt: dicit. z per-
fice eā quā plantauit dextera tua. Quia que
libet psona spiritualis vite plantat a deo i vi-
nea vite spiritualis. Scda differentia que est
inter agrū z vineā est qm vinea indiget clau-
sura parietis ager nō. Sic etiā vinea spūalis
vite clausa debet esse. nō curare de negocijs
seculariū. nec de administrantijs vel familiari-
bus. als tpe vindemiāz. id est mortis non in-
uenient racemi bonoz operū siue meritozuz
Ideo xps loquens de se dicit. Hō quidā erat
pffamilias qui plantauit vineā z sepe. id est
bardicā circūdedit ei. Ath. xxi. quia als vi-
ta spūalis sine clausura nō pōt seruari. Ideo
David loquens de illis qui nimis curant de
negocijs mūdi dicit. Ut quid destruxisti ma-
cenā ei? i. bardicā. z vindemiāt eam omnes
qui ptergrediunt viā. ps. lxxix. Adō viden-
dus est que hore sunt iste in quibz pffamilias
vocat gentes ad vineā spūalis vite. ad quas
vocat ad quinqz horas. i. prima. tertia. sex-
ta zc. in quinqz etatibz. Hora prima hoīs est
infantia siue puericia. Quia g iam in pueri-
cia incipiūt seruire deo oāt. pntent zc. tales
vocat hora prima ad vineā spiritualis vite
hora tertia est scda etas scz adolescētia a qn
decim annis vsqz ad vicesimū quintum. Hac
hora vocant qui in ista etate incipiūt bonam
vitāz. Hora sexta qui in iuuentute. Hora no-
na qui in senectute. Hora vndecima qui i eta-
te decrepita. Dicit. Miser senex sum z nul-
lum bonū feci zc. adhuc recipiē a dño. quasi
diceret de malis solutoribus oportet recipere
zc. Ecce qliter in quinqz horis siue etatibz
hoīm deus vocat gentes ad vineāz spiritualis
vite. Auctas. Deus omīs grē scilicet dator q
vocauit nos in cternā suā glām in xpo. j. pe.
v. Si querat in q istarum etatum est melius
vocari z pueri ad deum z incipere vitā spiri-
tualē. Ad hāc questionē respōdet hieremias
dicens. Bonū est viro cum portauerit iuguz
ab adolescentia sua. Treno. iij. Ad quō pa-
rentes debent nutrire filios. Dixi secundo
q secundus punctus esset de retributione et-
nali quō deus dabit vnicuiqz fm q ineret p
iusticiā dicente deo pfe ad filiū. Uoca opera-
rios z redde illis mercedē. qd ondit in euan-
gelio cū dicit. Lū sero autē factum esset dixit
dñs vinee pcuratori suo. Sero intelligit die-
es iudiciij. Ratio. qz sicut sero est finis die: sic
dies iudiciij erit in fine mundi cito et breuiter
Tūc nullus viuēs remanebit i mūdo. qz om-
nes morient z p ignē pburent. et statim post
erit iudiciū. ad heb. ix. Statutū est omibus

hoībz semel mori. z post h iudiciū. In isto se-
ro die iudiciij dñs vince. scilicet xps verus deus
z homo vocabit pcuratores suū scilicet Abi-
chaelem. qui ex pcepto xpi pcurat hāc vineā
z custodit. Ecce michael vnus de principibz
primus venit in adiutoriu meū. Dan. x. Tūc
dicit hieus sibi. Uoca operarios: z redde il-
lis mercedem. scz nunciatiue. qz deus reddet
mercedē pmiatiue. Hec vocatio erit vniuer-
salis citatio que fiet p michaelē qm voce ter-
ribili clamabit. Surgite mortui venite ad iu-
diciū. Que vocatio dicit tuba ppter terribi-
litatem vocis. que au: dicit in celo. in inferno.
in purgatorio. z in lymbo pueroz. Et statim
omnes anime tam bonoz qz maloz venient z
quelibet resumēt suū corpus virtute diuina.
licet fuerit pbustum vel a bestijs deuoratum
Boni aut cum magno gaudio assumēt cor-
pora sua. sicut sponsa accipit vestem precio-
sam a suo sponso sibi missam. z cantando di-
cent. Gaudens gaudebo in domino. et exul-
tabit anima mea in deo meo. Quia iduit me
vestimentis salutis. z indumento iusticie cir-
cūdedit me. quasi sponsum decoratum co-
rona. z quasi sponsam ornatum monilibz suis
ysaie. lxi. Dammati etiam tunc erient de in-
ferno. licet magis vellēt ibi remanere. qz mo-
do habent captione latam: sed anima restrin-
getur in corpe fetido z ignito. ac si aliquis in-
dueretur tunica ferrea ignita. Venient etiaz
omnes pueri qui sunt in lymbo z suscitabun-
tur in etate. xxx. annozuz z omnes cognosce-
mus nos. Ecce hec est vocatio vniuersal ad
eternam retributionem. Auctoritas. Tūc mit-
tet filius hominis angelos suos cum tuba et
voce magna. z congregabunt electos suos a
quatuor ventis. a summis celoz vsqz ad ter-
minos eozum. Ath. xxiij. Nota cum tu-
ba z voce magna a quatuor ventis celi. quia
tūc resurgent qtuor pditōnes defunctor. scz
beati de paradiso. et damnati de inferno. illi
de purgatorio. et pueri de lymbo. Quantuz
ad scdm. Retributio mercedis erit qm christus
dicit bonis qui erūt a dextris seu ad dextrā.
Venite bñdicti patris mei percipite paratuz
vobis regnū a pstitutione mundi. Esuriui et
dedistis mihi māducare. Siritui et dedistis mi-
hi bibere zc. Ath. xxi. Tūc boni flexis
genibus xpo regratiādo dicēt. Gloria tibi dñe.
zc. Qui dñe glie vel diuā ascendēt cū xpo
z dñe maria zc. osculātes manz xpi z dñis
marie. Ecce mercedē quaz expectamz si tene-
mus bonā vitā. et eternaliter erimz in illo ho-
nore z glā sine alicui defectu. Deinde dabit
salarium s penā dolorosam magis qz salarium

malis qui erunt a sinistris cum vultu et facie
terribili di. Discedite a me maledicti in ignez
eternum. qui paratus est dyabolo et angelis
eius zc. Ath. xxv. Quia nolulistis viuere
fm meas ordinationes: sed fm vestras inclu-
siones. Ego precepi humilitatem et vos fui-
stis superbi. et sic de alijs. Ideo inferne aperi-
os tuū et deglutire omnes impios istos. Dic
quomodo infernus absorbebit eos illa pena.
Ideo auiso quia non dico centesimā partem
pene. Ideo puerimini z faciat penitentiaz
operamini opus vestrum ante tempus et da-
bit vobis mercedem in tempore suo. Eccl. vii.
Deo gratias.

Sermo. iij.

Runt nouissimi

primi z primi nouissimi. Ath. xx.
Verbum est xpi z habet magnam
difficultatem in theologia. Ideo volo modo
ipsum declarare: sed primo salutat virga ma-
ria zc. Verbum positum declarat primo lit-
teraliter narzando primo historia breuē euā-
gelij. Et quādo in sero dñs vinee dixit pcur-
atori suo q in solutōne seruare talem modū
q primo daret salariū illis qui venerūt hora
vndecima. Deinde illis qui venerūt hora no-
na. Deinde illis qui venerūt hora sexta. z sic
de alijs. Sic q illi qui venerūt primi fuerunt
in solutōne vltimi. Occasione huius parabo-
le xps dicit verbum ppositum. Erunt nouis-
simi primi z primi nouissimi. Adō restat diffi-
cultas ad declarandū quō intelligitur verbū
predictuz. Erunt nouissimi primi zc. Pro cu-
ius declaratōne sciendum q hoc verbū crūt
primi nouissimi zc. habet virtutes fm tres in-
tellectus.

Primo fm duratōnem tempalem.

Secdo fm pditōnem mundialē.

Tercio fm affectionē cordialem.

Quantū ad primū predictum verbū est ve-
rum fm duratōnem tempalem. p quo scien-
dum q deus diuisit totū tempus in duas par-
tes. In tempore merendi z i tps pmiandi. Tem-
pus merēdi est in hac vita. z durat qdū du-
rat presens vita in quo meremur per opa mi-
sericordie. patientie. iusticie zc. Tempus pre-
miandi est in alio mundo. quia ibi nō est tem-
pus lucrandi aliquid. Qui licet sancti q sunt
in paradiso faciant multa bona opera et vir-
tuosa. tamen illa non sunt ad meritum gratie
sed sunt in premium et salariū glorie. De his
duabus partibus tps auctoritas. Tempus
stendi tempus ridendi. Tempus plangendi

tempus saltandi. Tempus belli. tempus pa-
cis Ecclesiastes. iij. Nota tempus stendi. scilicet
licet peccata est in hoc mūdo per pstritionem
z mala pximi per passionem. plagas chasti-
per deuotōez. z paradisu per desiderium z
ptemplatōnem. Tempus ridendi erit in alio
mūdo in gloria. vbi nō est stetus: imo abster-
get deus omnē lachrymā ab oculis sanctorū
Apa. viij. Item tempus plangendi est in h
mundo. Quidam plangunt mortem filiozuz
vxo mortem viri: et econuerso. Quidaz bo-
noz amicoz. quidam plangunt tempus per-
ditum in quo nullum bonum fecerunt. O
miser ego sum religiosus et sunt. xxx. anni q
habitu porto z nullum bonū feci zc. Idem
de presbyteris z laycis. Tempus saltandi erit
in alio mundo. Unum saltū siue coream faci-
unt sancti patres et patriarche. cum quibz tri-
pudiāt persone que fuerūt misericordes. Ali-
um modo faciunt prophete cū quibus tripu-
diant deuoti. Alium apostoli cum charitati-
uis. Alium martyres cū penitentibus. Aliuz
virgines cū continentibus. Ecclesia. Pacis
inter lilia septus coreis virginum sponsus de
corus gloria sponsus reddēs premia. Quo-
cunqz pergis virgines sequunt atqz laudibz
post te canentes cursitant: hymnoz dulces
personant. Tempus belli est in hoc mundo:
in quo oportet nos bellari ptra mundū p pa-
tientiam. Quoniam mundus dat tribulationes
aduersitates. derisiones. bonis personis. Se-
cundo cōtra carnem per abstinentiā. Caro ei
bellat dando malas inclināones z desideria
zc. sed vincit abstinentia. Tercio contra de-
monē per humilitatē. quia sicut ipse est dam-
natus per superbiā. sic vellet q omēs essemz
superbi. vt cū eo essemus damnati: sed vincit
humilitate. Tempus pacis quietis est i alio
mundo. Auctoritas. Sedebit plus meus in
pulcritudine pacis et in tabernaculis fiducie
z in requie opulenta. Ysa. xxxij. Ecce quō de-
us diuisit tempus in tempore merendi in h mū-
do. z in tempore premiandi in alio mōdo. Au-
cortas xpi in qua ponit septem merita huius
mūdi quibz correspondēt septē premia seu be-
atitudines in paradiso. Ath. v. di. Beati pau-
peres spū qm ipsoz est regnū celoz zc. Pau-
peres spū sunt illi qui despiciūt omnia bona
mundana. etiaz si sint diuites nō ponunt ibi
cor: nec spem: sed seruisit sibi de diuitijs in ne-
cessitatibz z nō in vanitatibz. Alij dicunt etiā
paupes spū in maiori gradu. sicut sunt illi q
ppter deū diuiserūt omnia q habēt et possunt
habere. vt sancti apostoli. Lūst dicit q ip-
soz est regnū celoz. Ecce premiū. Secundo
m iij

Sti paupes spu.

Dominica in. lxx.

Beati mites. Ecce meritum qm ipsi posside- bunt terrā. s. viuentū. Ecce premium. Abites sunt qui nolūt facere pompā in ornatu. vesti- tu nec scurferis. nec equis. sed in corde et in ore z gestu sunt simplices. Tercio. Beati qui esuriunt et sitiūt iusticiam. Quia als gens se occideret: sed qm vident illū suspensuz ppter furtū. z illū ppter homicidiū zc. dicūt. caue- bo a talibz. Propter hoc dñi tpaes qui faci- unt iusticiā hñt hic magnū merituz. z in celo hñt magnū pmiū. qm ipi saturabunt. Quar- to. Beati q lugēt: s. pctā. Ecce meritū. qm ip si solabunt. Ecce premiū. Quinto. Bñ mi- sericordes. qz ad instar seminatois in tempe- mellis. s. die iudicij metēt. qm ipsi miscōiā cō- sequent. Sexto. Beati mdo corde. s. ab odio rancore. inuidia. mala volūtate. a malis desi- derijs. qm ipsi deū videbūt. Septimo. Bea- ti pacifici. i. pacē facientes cuz inimicis. dicit Aug. i libro de sermone dñi in monte. q hoc meritū est maius. ideo premiū correspondēs est mai⁹. qm filij dei vocabunt. Octaua. Be- ati qui psecutores patiunt. ppter iusticiā. Ec- ce meritū. qm ipsoz est regnū celoz. Hono- Bñ estis cū maledixerit vob hoies. z dixerit omne malū aduersum vos mentietes ppter me. Gaudete z exultate. qm merces vstra copi- osa est in celis. Ath. v. Scdm q duratōem tpaem qui in hoc mūdo nouissime incipiunt mereri: in alio mūdo pmiānt pmi. si pmi ex- hac vita decedūt. Ideo dicit. Erunt nouissi- mi pmi. s. in glā. et pmi in merito nouissi- mi in premio. Terbi gratia. Quis primo in- cepit mereri z cē in seruitio xpi. Petr⁹ aplūs vel latro? Tertū est q petrus: q iam incepit i principio p̄dicatōis xpi. latro autē in fine. tñ latro fuit pmi⁹ in glā. qz eadem die fuit i pa- so z habuit paradisum. et Petr⁹ stetit adhuc p xxx. annos. Idem de virgine maria et beato Stephano. cū stephanus fuit pmi⁹ in glā qz xgo maria. Idem de Iobē euāgelista q fuit de p̄mis discipulis xpi. z de paulo q fuit de vltimis. qz p̄ ascēsiōe xpi adhuc p̄sequaba- tur xpianos. z tñ paul⁹ fuit p̄ior iobē in glā. bñ p. xx. annos. Idem de nobis. vnus religi- osus erit q seruiuit xpo. xl. ānos: vel. i. seruā- do regulā. vota. cerimonias. z vn⁹ hodie p- fitef z mox in sc̄itate. Ille qui fuit nouissi- mus in merito erit tñ prim⁹ in p̄mio in gloria Idē de p̄bris z laycis. Quot sūt in mūdo q tenēt sanctā vitā. amozē qz de⁹ sustinet mun- dū. qz als diu fuisset p̄sump⁹ forte. p̄p pctā inhabitantium. patet hoc pulcre. Sc̄. xvij. qz si. x. iusti fuissent inuenti in sodonis et go- mora. pepisset oib⁹. Aut em. Propter decem

nō debeo eos. Tales aliqñ diu dño seruiunt z hodie baptizat infans z mox. ille est p̄ius in gloria. Ideo tales nō sunt flendi: qui p̄spe- ro nauigio p̄cedūt vos ad portū salutis. j. ad Thes. iij. Nolumus vos ignorare de dormi- entib⁹ vt nō p̄tristemini sicut et ceteri q spem nō habent. Ergo fm duratōe tpaem erūt nouissimi pmi. Dico sc̄o q p̄dictū v̄bz est verū fm p̄ditionē mundanalem. Lōditio mūdanalē est qz p̄sp̄ritas. s. diuitiaz hono- rum. z dignitatū zc. elongat z retrahit homi- nez a deo intantū q ille q est in p̄sp̄ritate ob- liuiscit deū. Nota ad hoc similitudinē de illo qui cū magnis delectatōib⁹ z laborib⁹ enu- trit falconē p tres vel qtuoz annos. z aliquo- tiens fuit nec vult ad dñz redire qñ ab ipso vo- cat. z hoc ideo est qz hz stomachū plenū. Ita est hodie in mūdo de multis. De nutrit p̄o- nas diuites quibus dat p̄sp̄ritates. diuitias zc. qz nullus p̄t ista dare nisi de⁹. Dñs pau- perē facit z ditat humiliat z sublimat. Null⁹ dicat q habeat p̄p̄ijs laboribus qz multi sūt qui laborāt q tñ nihil lucrant. De⁹ dat totuz. Et multi qñ sunt pleni recedunt a deo. Ecce fugaz. Ideo sunt pauci diuites z deuoti i mū- do. qz talis est p̄ditio p̄sp̄ritas mūdanalē zc. Auctas. Incrassatus est dilectus z recalitra- uit. incrassatus impinguatus dilatatus. De reliquit deū factorē suū z recessit a deo saluta- ri suo. Deutro. xxxij. Nota incrassatus sc̄licz delicijs impinguatus diuitijs. dilatatus. sc̄li- cet honozib⁹ officijs dignitatib⁹ zc. Ideo de- reliquit deum factorē suum zc. per munda- nalem p̄sp̄ritatem. P̄positum facit aduersi- tas que facit hominē venire ad deū sicut tri- bulatio. infirmitas. p̄secutio. paupertas zc. Qñ sicut falco plenus recedit a dño suo: sed qñ esurit statim venit ad manū qñ vocatur a dño. sic diues plenus recedit a dño: sed pau- per ad p̄mā vocē qñ vocat a dño sc̄z in p̄di- catione. vel als statim venit p̄terit p̄fitef zc. Simples statim p̄uertunt ad deuz: s. diui- tes minime. Bene potestis predicare z dicere Ecce q̄lez hz aduersitas p̄ditōez z efficacā q̄ facit venire hoīem ad deū. qd p̄z ad oculum Erit vn⁹ sc̄utifer iuuenis fortis z robust⁹ qui totū tps suū expendit eq̄tando. rapiendo. su- rando zc. s. qñ capif et sententiaf tñ cōfitef z petit veniam. penitet z dolet. Greg. Abala q nos hic p̄munt ad deū ire p̄pellūt. Adō fm p̄ditionē mūdanalē in mūdo sūt p̄mi reges p̄ncipes. duces. comites. barones. papa. car- dinales. p̄lati zc. Nouissimi autē sunt pau- peres simplices p̄sone in omni loco tam in ec- clesia q̄ in platea et in via z in mēsa zc. Sed

q̄m sonat orassat. impingit. dilatat.

Sermo III

apud deum sunt p̄mi. quia aduersitas facit ipsos ire ad deū. Et p̄mi fm mūdū sunt no- uissimi apud deū. quia p̄sp̄ritas elongat ip- sos a deo. Ecce quō sunt nouissimi p̄mi. et econuerso. fm mundi p̄ditionem. De h dabo vob miraculū z exempluz sacre scripture qd xps p̄dicauit de diuite epulone z paupe laza- ro Lu. xvi. Qñ paup mendicus lazar⁹ q fm mundū erat nouissim⁹: apud deū fuit p̄m⁹. De diuite q fm mundū erat p̄m⁹: s. fm de- um fuit nouissim⁹ in inferno. Factū est autē vt moreret medicus z portaret ab angelis in si- nū abrahe. Adort⁹ est autē z diues et sepult⁹ est in inferno. Exemplū autē fuit de David et fratribus suis. j. Reg. xvj. Qñ de⁹ voluit da- re regē p̄lo israel. dixit deus Samuēl p̄phe- te q iret in ciuitatez bethleem ad ysai qui ha- bebāt multos filios dicēs qz vngeret in regez vnū de filijs suis. s. illum quē sibi ostenderet. Ad ysai vocauit aminadab z alios sex z suc- cessiue. vltimo vō ex iussu samuel⁹ dauid. Et tñc ait dñs. Surge et unge eum ipse est enim Nota historā quia pulcra. Saul fuit eictus de regno. coram dño vltimus. corā mūdo p̄- mus. David vō p̄m⁹ coram dño. abiect⁹ mū- do. Et dic quō p̄mi erunt nouissimi. et econ- uerso fm conditōnem mundi. Super hoc sc̄- ci doctores dant vnā similitudinē talē. sc̄i licet de falcone z gallina. quia falco q̄diu vi- uit feruaf diligenter. Nota practice zc. Op- positum est de gallina zc. que nō p̄mittit in- trare camerā dñi. Sed post mox mutatur fors. quia gallia est p̄ma z portat cum ma- gno honore inter duas scutellas argēteas co- ram dño. Falco autem nouissimus qz p̄fici- in sterquilino. Idem in p̄posito de diuite et paupe zc. Moralit nota hic p̄ diuitib⁹ vt cu- stodiant se z caueant a peccatis. taliter q si- cut sunt p̄mi in h mūdo sūt etiā p̄mi i alio corā deo. Qñ diuitie vel sunt acquisite iuste vel iniuste. Si iniuste debēt restitui. Si iuste debent in necessitatib⁹ expendi z nō in vani- tatibus: sed facere ex istis opa misericordie. pietatis zc. Idem si es in magno honore cō- stitutus cogita q es imago dei cui fit honoz: dicendo. Non nob dñe nō nob: s. nomini tuo da glām zc. Idem de delicijs: de quibus po- tes recipe fm statū tuū. s. nō transcendē limi- tes p̄ceptoz dei. Nota de quolibet statu fm libitū. Paupes autē qui in h mūdo nō habēt delectatōnes magnas: sed amaritudines. mi- serias. z paupertates si ista recipiunt cum falsa patientie. licet in hoc mundo sint nouissimi i alio mundo apud deum erūt p̄mi in gloria.

Ino h dmpo.

Ideo dicit scriptura. Glorietur humilis i ex- altatione sua. diues autem in humilitate sua quia sicut flos feni transibit. Exortus est em sol cum ardore et arefecit fenum. et flos eius decidit et decore vultus eius deperijt. Ita et diues in itinerib⁹ suis marcescet. Beatus vir qui suffert temptatōnem. quoniam cum pro- batus fuerit. sup̄le. patiens accipiet coronaz vite. Jacobi. j. Dico tercio qz verbum pro- positum est verum fm affectōnem cordialez. Doctrina est cōmunis sanctorum doctorum in theologia qz meritū gratie in hoc mundo z premium glorie in alio. magis venit ex affe- ctōne cordis z feruore spiritus qz ex multipli- catione bonozum operum. Quanto eniz ho- mo plus habet vel minus de charitate. tanto est p̄m⁹ vel nouissimus siue maior vel mi- nor apud deum. Terbi gratia. Sint duo qz vnus facit magna opera penitentialia. ieiunando. orando. magnas elemosynas dando zc. tamen nō facit ista cum magna affectione cordis z feruore spiritus. licet sit in gratia dei tamen nō est ita inflamatus charitate vt op- teret. Alter autē nō facit tot bona opera: s. so- lum seruat ieiunia ecclesie p̄fitef et p̄muni- cat semel in anno in pasca. audit missaz i dñi- ca soluz. facit aliquas elemosynas: s. ista opa facit cū magna affectōne cordis z feruore spi- ritus z cū magna charitate. ita qz totus vide- tur ignitus. De his duob⁹ quis habebit ma- ius meritū gratie hider in alio mūdo mai⁹ p̄- miū glorie. Dico qz iste sc̄s. qz meritū essenti- ale seu p̄ncipale non p̄putatur fm multipli- cationē siue multitudinē operum vel durati- onem temporis: sed maiorē vel minorē chari- tatem. Augustinus. Non numerositas ope- rum. non diurnitas tempoz: sed maior cas- ritas melior qz voluntas auget premiū. Ex h patet quō sunt multi nouissimi p̄mi et p̄mi nouissimi fm affectōnem cordialem. Et mul- ti incipiūt seruire cum magno feruore vt beatus Anthonius qui isto respectu dicunt pri- mi. qui paulatim dimittūt. vt religiosi in no- uiciatu. z p̄b̄yteri z layci iuuenes: sed qñ sūt antiqui z senes nullā habent deuotōez. Q in ueterate dierum. Dan. xij. Sunt aliq̄ qui te- pide z frigide incipiūt seruire deo: s. paulatim. ascendūt z augmentant in fuitio dei z in fer- uore spūs. hi q̄ sūt nouissimi fm affectōnez cordialē efficiunt p̄mi p̄ sp̄iales diligentiaz z feruore. Et illi qui erant p̄mi efficiunt no- uissimi p̄ negligentiam et in deuotōne. Ideo ap̄s ad Phil. j. Qz vt charitas v̄sa magis ac magis abundet in scientia et in omni sensu.

Beati v̄bz p̄fitef tñc p̄m⁹ sūt p̄ patient.

In maior r̄p̄tas au- get m̄p̄z p̄m⁹. z nō numerositas opuz.

In h dñi p̄ deuoti- clez: qm i se- nature p̄ p̄m⁹ deuoti.

ganare deo sicut in mūdo.

Ideo dicam vobis miraculū de sophia. Cui tradebant clauem ecclesie Constantinopo. et bobus deficientibus dedit herbam cum magna affectōe cordis et feruore spiritus. Ideo p̄pleta ecclesia fuit inuenta sc̄ptura in liminari dicte ecclesie de lris aureis. Sophia me fecit. Ecce quō totū op̄ fuit sibi attributū quō illis q̄ dederūt tot milia floz. sed sine magno feruore. Patet q̄ quō intelligit. Erūt nouissimi primi et primi nouissimi.

Sermo. v.

Singulos denari

os accipientes murmurabāt Ab̄thet. xx. Sermo noster erit de difficultate et subtilitate verbi p̄positi. Ab̄thetia p̄templatōnis et deuotōnis p̄ personis deuotus et bone instructōnis p̄ omnibus: sed primo salutes virgo Ab̄thetia zc. Singulos denarios zc. Pro declaratiōe difficultatis theologice tacte in verbo p̄posito oportet dicere parabolam euangeliū breuiter. qz intellectus litteralis siue historialis est fundamentū intellectus sp̄ualis. Dicat historia ad litterā de illis qui murmurabāt dicit the. Singulos denarios accipientes murmurabant. Ad̄o veniam ad difficultatem theologie. hec similitudo christi ostendit quō x̄ps dat salariū glorie bonis personis et deuotis que laborāt diligenter in vinea ecclesie militantis p̄ bonā vitā. Ad̄o ē difficultas in hoc q̄ dicit singulos zc. In quo apparet q̄ nō dat nisi vnū denariū cuiuslibet. et nunquid p̄ tanto et tam longo seruitō nō dat plus. Sc̄da difficultas qz videt q̄ omnes sint equales in premio glorie. Tercia difficultas est in hoc q̄ dicit murmurabant. sc̄z vnus de alio. et nunquid in paradiso est murmur vel inuidia. Has tres difficultates volo nūc declarare. Quantū ad primū cū dicit singulos denarios accipientes. sciendum est q̄ iste denarius quez deus dat bonis oparijs in fine diei mundi. scilicet vite tempis est paradīsus siue gloria eterna. Hunc denariū dat deus bonis oparijs religionis qui diligenter laborauerūt in vinea religionis ecclesie. et p̄sbris q̄ fideliter laborauerūt in vinea xp̄ianitatis p̄ bonā vitā. Illa paradisi dicit denarius. Propter quatuor q̄ sunt in denario q̄ illa gloriā significant. Primū est scriptura. sc̄dm est figura. terciū est circulatura. quartū est sonus. Quantū ad primū scriptura q̄ est in denario significat gloriā anime beate q̄ statim q̄ intrat paradīsum h̄z noticiā et sc̄iam clarā de omnibus scripturis mūdi. etiā si in h̄ mūdo fuerit

rusticus siue pastor rudis. Et sicut scriptura est in vtraqz pte denarij sic statim aia b̄tā habet vtraqz sc̄iam. s. de deo et de creaturis. qz subito aia h̄z sc̄iam de sc̄tā trinitate de p̄e et filio et sp̄sancto. Item ex alia pte videt statim iunctōez humanitatis xp̄i cū diuinitate. Tūc dicit aia. Nunquid potui istud intelligē vsqz modo. Videt etiā xp̄m in hostia p̄secrata. sicut nos videmus imaginē n̄fam in speculo. quā nos nō videm⁹ mō nisi p̄ fidem. Tūc dicit aie b̄tē. Sicut audiuim⁹. s. p̄dicare in mūdo. sic vidimus in ciuitate dñi. Ecce sc̄ptura vnus partis denarij. Ex alia pte aia h̄z sc̄iam creaturaz oim artū et sc̄iaz mūdi. etiā si sit aia vni⁹ pueri vni⁹ diei statim sc̄t totam grāmaticā et logicam zc. plus q̄ aliqs p̄sbrozum sc̄uit vnqz. Sc̄t om̄s naturas et p̄prietates aialium auium piscū lapidū herbarū fructū et elementoz stellaz. cognoscat om̄s angelos et noīa eoz et sanctorū. Greg. Quid est qd nō videat q̄ videntē om̄ia videt. Ergo benedictus est ille qui studet in libro bone vite. Adulti vadūt ad studia diuersa. x. xij. vel. x. iij. annis et tñ parū acquirūt de sc̄ia. sed in paradiso subito habet. Patet ergo quō denarius significat illaz gloriā p̄pter scripturā vtriusqz partis. Auctōritas. Vincenti dabo mānā abscon. et dabo illi calculū. qd nemo sc̄it nisi q̄ accipit. Apoca. ij. Nota vincenti. s. occasiōes mundi. inclinātiōes carnis. et temptatiōes dyaboli. Dabo mānā absconditum. et significat delectatiōes gl̄ie q̄ nunc nob̄ abscondite sunt. s. dauid sensit qñ dixit. Quā maḡ multitudo dulcedinis tue dñe: quā abscondisti timentib⁹ te. loquit de timore filiali zc. et dabo illi calculū. s. margaritā siue plam p̄ciosam lucentem. i. sc̄iam clarā absqz obscuritate aliqua. Et in calculo nomē nouū scriptū. s. sc̄iaz omnū sc̄iaz. Sc̄do q̄tum ad figuram imaginis que est in denario significat gloriā corporis quam habebit in die iudicij. Quia sc̄t corpora laborauerunt simul cum animabus in vinea chasti in bonis op̄rib⁹. Ita non solum anime sed etiā corpora vult dare gl̄iam. p̄pter hoc in iudicio generali resurgent omnia corpora vt recipiāt claritātē. Quā gl̄ia erit et qualis delectatiō quando gl̄ia anime redūdabit in corpus. Itē imago regis que est in denario h̄z coronam in capite cū quatuor lilij. que significant quatuor dotes corporis glorios. sed prima erit impossibilitas. Ad̄o modica sp̄ma siue lapis nos cruciat. s. tūc corpus erit impassibile sine aliq̄ passiōe. qz nec ignis nec aqua zc. Secunda erit claritas

Ad̄o vnus est niger alius albus zc. sed tunc iusti fulgebūt tanq̄ sol. imo plus. Tercia erit agilitas. Ad̄o habem⁹ corpora graua. quia vix possumus nos portare: sed tunc erunt leuia ad instar mentis que subito zc. Quarta erit subtilitas. Ad̄o leuiter impedimur ne transeamus: sed tūc a nullo poterimus retēri qui transeamus quocunqz vouerimus ire. Ecce quid significat imago regis cum corona in denario. Ideo dixit dauid in persona xp̄i resurgentis. Resloruit caro mea. Idē erit de nobis in resurrectōne generali. Ideo apostolus. Nostra cōuersatio in celis est. scilicet q̄tum ad gloriā animaz. vnde et saluatorem expectamus dñm nostrū ih̄m xp̄m. qui reformabit corpus humilitatis n̄re p̄figurātū corpori claritatis sue zc. ad phil. iij. Tercio q̄tum ad circulaturā siue rotunditātē que ē sine principio et sine fine in denario. q̄ significat p̄prietatē gl̄ie. qz illa gl̄ia nō dat ad diem mensē siue ad annū. s. imp̄petuū. In hoc mūdo seruiunt serui et ancille ad terciū temp⁹ p̄ certo salario. Ad̄o sic deus: sed vult q̄ homo seruiat ei de tota vita sua. et ipse dat salariū glorie eternaliter. Ideo dicit x̄ps in die iudicij. Ibunt hi in supplicū eternum. Iusti autē in vitam eternā. Denarius significat officium satorū. pellificū. et sic de alijs: sed solū erit ibi officium ecclesiasticoz. sc̄z laudare deū sine tedio et ipsum benedicere. Dauid. Beati q̄ habitant in domo tua domice: in secula seculorum laudabunt te. Et his quatuor gloriā paradisi dicit denarius. Quantū ad secundaz difficultatē cum dicit. singulos denarios accipientes: videt ergo q̄ om̄s sint eq̄les in premio gl̄ie. Maxime qz dicit euangeliū. Hi nouissimi vna hora fecerunt et pares illos nobis fecisti. R̄spondeo et dico q̄ in gl̄ia nō sunt equalēs. imo est ibi magna d̄tia et diuersitas. Et x̄ps dixit de iohāne. Inter natos mulierū nō sur. ma. io. ba. Qui autē minor est in regno celoz maior est illo. Ab̄thet. xj. Ex quib⁹ verbis patet q̄ nō om̄es sunt ibi eq̄les imo aliq̄ sunt ibi minores: aliq̄ maiores. Quare q̄ dicit. singulos denarios accipientes. Pro h̄z vbi declaratiōe nō q̄ licet sol equaliter tangat om̄s sibi p̄sentes. nō tñ equaliter om̄s sentiūt ei⁹ calorē. qz nō sunt om̄s equales in complexionē nec equaliter induti. nec equaliter iuuenes vel senes. Ita est in paradiso. Quia licet om̄s habeant eundem denariū glorie. nō tñ sunt eq̄les om̄s beati: imo s̄m q̄ in hoc mūdo cū minor vel maior diligētia et charitate seruiet

x̄ps. sic habent minorē vel maiorē gloriā in paradiso. Sol em̄ iusticie x̄ps deus n̄r. equaliter tangit om̄s: sed ipsi nō sunt equaliter beati. Sicut luna et om̄es stelle recipiunt claritatem a sole. Sed vt clare patet ad oculum nō om̄s equaliter illuminantur. Quia plus recipit luna de claritate solis q̄ alie stelle: et sic de alijs. s̄m q̄ diuersē p̄ditōes et p̄prietates stellarum sunt. Ita de sole iusticie et de sanctis. qz nō sunt om̄es equales in meritis. ideo nec in gloriā. Ideo dicit apls. Stella differt a stella in claritate. Sic et resurrectio mortuorū. s. ad Corinth. xv. Nota aliam similitudinē de rege plures filios habente. quoz vnus est paruus quinque annoz. alius decem. alius duodecim. Alij sunt magni quos rex induit omnes de eodem panno p̄cioso et e auro. Tertius est q̄ plus ponit de panno in veste filij maioris q̄ minoris. tamē om̄es sunt p̄tenti de suis vestibus nec vellent permutare. licet plus de panno sit in vna q̄ in alia. Idē de veste gl̄ie. Quidā sancti sunt minores: quidā maiores. quos om̄s deus induit de eadez pecia panni p̄ciosissimi gl̄ie. sed vnus h̄z plus q̄ alij s̄m q̄ habuit hic maiorē charitatē meliorēqz voluntatem. Non credatis q̄ qui est maior in genere vel sc̄ia vel diuitijs vel potentia sit maior in gl̄ia: sed qui fuerit maior in charitate dei et p̄xi. Aug. Maior charitas meliorēqz voluntas auget meritum. Quantū ad terciā difficultatē cum dicit. Et murmurabant. An in celo vnus murmuret p̄tra aliū. Respōdeō. q̄ nō. qz inter eos nulla ē inuidia s̄ amor et p̄solatio: quare ergo dicit thema. Singulos denarios accipientes murmurabāt. Pro cuius locutio que fit p̄tra aliq̄ duplici ratione. vel ex indignatione. vel ex admiratione. Ex indignatiōe murmurat aliquis quādo qz qñ precipit alicui aliquid. de q̄ reputas se iniuriatū murmurat. vel ex admiratione. sicut qñ dicit de aliq̄. B̄ndict⁹ de⁹. et quō ascendit iste in magno honore vel dignitate vel diuitijs: nō est diu q̄ erat paup. Prima murmuratio est p̄tē. Sc̄da nō. De ista murmuratiōe auctas de iudeis p̄tra xp̄m murmurantibus. Quidā ex admiratione dixerūt. Pro certo h̄ hō bon⁹ est. multa bōa opa facit et multa mirabilia. p̄ certo sanct⁹ hō debz cē. S̄z ali j vt pharisei murmurabāt ex indignatione di. q̄ habebat spiritū familiarem. virtute cui⁹ eiciebat demonia zc. Auctas. Abur mur multus de eo erat in populo. Et distinguit. Quidam em̄ dicebant: quia bonus est. Alij autē dicebant non: sed seducit turbas.

Propria me fecit.

Handwritten notes in the left margin.

Handwritten signature or initials at the bottom left.

Sermo tamen palam loquebat de illo ppter
metū iudeorū Johan. vij. Adhōdo respondeo
ad difficultatē. In hoc mūdo est murmur ex
indignatōne propter inuidiam. Hec murmu-
ratio est mala contra quam dicit scriptura.
Omnes facite sine murmuratiōib⁹ ad Phil.
ij. z Sapient. i. Custodite vos a murmuratio-
ne que nihil prodest. In paradiso autem nō
est murmur ex indignatōne sed ex admirati-
one quādo beati vident aliquem qui modo
incepit seruire deo z moritur in gratia. z xps
dat sibi gloriā: dicunt sancti. **Benedict⁹**
deus iste vixit in peccatis magnis. xxx. vel. xl.
vel. l. annis. z modo nouiter cōuersus habet
tantam gloriā. **L**redatis q̄ isto modo san-
cti loquebant de Paulo aplo admirātes cū
fuisset tam magnus psecutor xpianorū z mo-
do sit tam magnus in paradiso. Idem de be-
ato matheo prius vsurario zc. Idem de mag-
dalena cum sint q̄plures virgines in padi-
so que nō habent tantā gloriā. que admiran-
tes dicūt. **Benedict⁹** deus q̄ fecit istā puer-
ti z exaltauit. Hec murmuratio sc̄a et bona.
sic intelligit. Singulos denarios accipietes
murmurabāt. s. ex admiratōne z nō ex indig-
nate. Deo gr̄as.

Sermo. vi.

Multi sunt voca-

Multi sunt voca-
ti pauci vero electi. **M**ath. xx. In-
ter alias magnas difficultates et
subtilitates sancti euangeliū ista thematis est
de maioribus scilicet de multoz vocatōne et
paucorū electōne. Tria sunt que dant magnā
difficultatem verbo thematis pposito. scilicet
reuelatio diuinalis. augmentatio naturalis.
predestinatio eternalis. **D**e primo q̄ vbi
ppositū habet difficultatez ex reuelatōne di-
uina. **Q**m̄ ex diuina reuelatione facta beato
Johanni euāgeliste inuenitur in sacra sc̄ptu-
ra q̄ tot sunt electi in gloria q̄ sunt innumera-
biles. **A**po. vij. **V**idi turbā magnam quaz
dinuincere nemo poterat. ex omnibus gen-
tibus tribubus z plis stantes ante thronum
dei. Ergo multi sunt electi zc. **S**en. xv. legi-
t q̄ Abrahā complāgens se cum deo. qz nō ha-
bebat herede cum tot bona h̄ret. quem deus
eduxit extra dicens. **S**uspice celum z nume-
ra stellas si potes. **E**t dixit ei. Sic erit semen-
tuū. **E**cce hic reuelatio diuina multoz electo-
rum in dicta repromissione: de q̄ dicit ecclia.
Signifer sanctus **M**ichael representet eas i
lucem sc̄am. quā olim Abrahā pmisisti et se-
mini eius. **Q**uare ergo dicit the. **M**ulti sunt
vocati. **R**ūsiso. pmo q̄ vbi xpi est verum z re

uelatōnes Abrahā z iohānis sunt vere z cō-
cordant: per distinctōnem sic. **Q**m̄ de electis
possumus loqui dupliciter. vel absolute vel
compatiue. **P**rimo modo electi sunt multi si-
cut dicit Johannes in dicta reuelatōe sibi fa-
cta a deo. **S**ecundo sunt pauci respectu mul-
titudinis damnatoz. **E**t sic loquit xps com-
patiue. sicut in manu plena arena sunt grana
innumerabilia absolute: sed sunt pauca res-
pectu illoz que sunt in litore maris. **E**t de⁹ re-
cepit manum plenam. **E**t omnes electi i ma-
nu dei sunt. **I**tem Sapient. iij. **I**ustorum ani-
me in manu dei sunt z non tanget illos tormen-
tum mortis. visi sunt oculis insipientium mo-
ri: illi autem sunt in pace zc. **S**ed absolute lo-
quendo sunt tot q̄ sunt innumerabiles. quot
innocentes. quot martyres. **D**icit sanct⁹ hie-
ronymus q̄ si quolibet die fieret festum quin-
qz milium martyru dies anni nō sufficerent.
Quot doctores. quot p̄fessores. quot virgines
quot sancti cōtinentes. quot sancti religio-
clerici. laici. de matrimonio innumerabiles
sunt absolute. **S**ed compatiue respectu dam-
natorum pauci sunt electi. **Q**m̄ anteq̄ xpus
veniret in hunc mundū in carne humana trā-
suerunt de hoc mundo vltra quinqz. **A**d. an-
noz. z totus mundus damnabatur. excepti
paucis de plo israhel qui ibāt ad lymbū san-
ctoꝝ patrum. **I**tem tpe legis moysi cogitate
q̄t infantes mortui fuerūt absq̄ circūcissione.
Sic mō tpe legis xpi. q̄t moriunt absq̄ bap-
tismo z de his null⁹ saluati. **I**o. iij. **A**mē amē
dico vob nisi q̄s renat⁹ fuerit ex aqua et spū-
sancto non intrabit in regnū celozū zc. **I**tem.
q̄t iudei. q̄t agareni. quot pagani z infideles
Item q̄t mali xpiani. q̄a fides z baptis⁹ cuꝝ
bona vita saluant hoīem xpianum. als non.
Quot xpiani sūt qui licz h̄eant fidē. tñ sūt su-
perbi. auari. luxuriosi. et sic de alijs peccatis
Quot xpiani q̄ nō cōfitent̄ q̄libet anno in q̄-
dragesima. nec cōmunicant. nec seruant pre-
cepta. nec dominicā. nec festa sanctorū. omnes
tales damnant̄. **I**sto mō comparatiue pauci
sunt electi. **N**ō hic de archidiacono lugdunū.
q̄ p. xl. annos fuit in heremo in magna pnia
postq̄ resignauit suis bñficijs. qui post mor-
tem apparuit archiepo lugdunensi. **Q**ui q̄st-
uit ab eo vt diceret sibi aliquid de alio mun-
do. **Q**ui r̄ndit q̄ in die qua ipse obiit mortui
fuerūt in mundo. xxx. milia de qb⁹ solū qnqz
fuerunt saluati. s. ipse z beatus **B**ern. qui illa
die obierat. qui statim sine purgatorio ascen-
derant ad paradysum. z tres descēderāt ad pur-
gatorium. alij quidē descēderāt ad infernum
Propter hoc dicit christus **M**atheti septimo

Intrate p angustā portam: quia lata est por-
ta z spaciōsa via que ducit ad pditōnem. **A**r-
ta autem z stricta que ducit ad vitā: et pauci
inueniūt eam. **P**auciores qui inuentaz tene-
ant. **P**aucissimi qui eam p̄ficiāt: quilibz vult
ire ad libitum. **A**ngusta porta paradisi volun-
tas dei est. **A**d istaz optet se restringere q̄ pa-
disum vult intrare. **L**ata porta est voluntas
ppria. **A**rta via que ducit ad vitā est afflictō
penitentialis. **T**ria spaciōsa inferni p̄uersatō
mundanalis. bene comedere. bene bibere. lu-
xuriari. delectari. vindicare se de iniurijs zc.
pauci sunt electi. **H**ec p̄patio maxime appare-
bit in die iudicij qm̄ electi videbunt ad dexte-
ram xpi iudicij pauci. **D**e h̄ p̄pha ysa. ponit
duas similitudines di. **Q**uō si pauca oliue q̄ re-
manserūt excutiant̄ ex olea z racemi cū fue-
rit finita vindemia. **H**i leuabūt vocē suam.
atqz laudabūt nomen dñi **Y**sa. xxxij. **D**ic̄ hic
Letra. post excussione oliuaz z vindemiato-
num pauca remanēt oliue: pauci racemi. **S**ic
in iudicio pauci erūt electi in p̄patōne. **E**cce
quō intelligitur: multi sunt vocati. pauci vō
electi. **D**ico sc̄do q̄ verbū thematis habet
difficultatē p argumentatōez naturalēz dicit
thema multi sunt zc. mō est ratō natural⁹ dif-
ficultatis que declarat p regulam p̄hic dicē
Quelibet res opat̄ nāliter p suā virtutem et
p̄fectōnem. **E**t licet regula sit clara. tñ ad ma-
gis declarandū do duas similitudines. p̄ma
in sole qui h̄z plus de claritate ideo plus illu-
minat. sc̄do in igne qui h̄z virtutē calefactiua
z illuminatiua. qz quanto maior est ignis tā-
to magis calefacit z illuminat. mō cum deus
sit infinite potentie z virtutis z misericors. **D**a-
uid. apud dñm misericors: z copiosa apud eum
redemptio p̄s. cxxx. **I**tem. **A**diferator z mi-
sericors dñs: patiens z multū misericors p̄s.
cxlviij. **L**um q̄ quelibet res opet̄ naturalit̄:
p̄m suam virtutem zc. **L**um q̄ deus sit infini-
te misericordie debet saluare animas infini-
tas. **Q**uō ergo sunt multi vocati pauci vero
electi cum deberent esse infiniti. **P**ro r̄ssione
notanduz q̄ deus est infinite misericordie. pi-
etatis z bonitatis. vt om̄s saluarent̄ fecit q̄c-
quid debuit facere z potuit etiā infinite. quare
q̄ nō om̄s saluantur. quia nō om̄es volunt
saluari: imo pauci sunt qui volūt recipere suaz
saluatōez. **N**ō similitudinē de rege q̄ abūsdā-
tissime soluit p̄cium redēptōnis p captiuis q̄
erāt i barbara. et parauit naues z galeas vt
possint ad patriam suam redire. qui tamē no-
lebant inde exire. **S**ic in p̄posito domin⁹ hie-
rus xps abundantissime soluit p̄cium redem-
ptōnis p omnib⁹ hominib⁹. etiā si essent in-

finiti homines. z parauit naues scilicet inno-
centie baptismalis. penitentie sacramentalis
obedientie generalis. **S**ed gentes nolunt ex-
ire de captiuitate. qm̄ iudei nolūt exire d̄ car-
cere moysi. nec agareni de carcere machome-
ti. nec superbi de carcere supbie. z sic de alijs.
Ideo si nō saluant̄ est culpa gentium. z non
dei. quia nō vult cogere librum arbitriuz: s̄
inducit et p̄sulit. **H**oc bonum est z acceptum
cozam saluatore nostro deo: qui vult om̄s ho-
mines saluos fieri z ad agnitōnem veritatis
venire qui dedit redemptōnem semetipsum
p omnibus. s. ad **T**himo. ij. **D**ico tercio q̄
verbū thematis habet difficultatem p prede-
stinatōnem eternalē. **R**egula est theologo-
rum q̄ diuina p̄destinatio est fundamentū et
primū principiū saluatōnis hoīem intantū q̄
nullus pōt saluari nisi eternaliter fuerit p̄de-
stinatus. **S**i q̄ pauci sunt illi qui saluant̄. op-
tet etiā dicere q̄ pauci sunt p̄destinati. **S**i er-
go deus p̄destinauit paucos q̄re nō p̄destina-
uit multos aut om̄s. **A**nteq̄ em̄ fuissent p̄ctā
iam deus paucos elegit. **Q**uā aut̄ p̄destinatio
sit fundamentū saluatōis. **A**utoritas. **Q**uos
p̄destinauit: glo. eternaliter. hos z vocauit. s.
per predicationes suas scilicet aploꝝ et alioꝝ
rum. **E**t quos vocauit: hos z iustificauit scilicet
p penitentiā. quos aut̄ iustificauit. illos z
magnificauit sc̄z p saluatōnez ad **R**om. viij.
Item alia auctas. **E**legit nos an̄ mūdi p̄sti-
tutōnem: vt essem⁹ sancti z immaculati in p̄spe-
ctu ei⁹ in charitate. q̄ p̄destinauit nos in ado-
ptōez filioꝝ. ad **E**phe. i. **Q**uare q̄ de⁹ nō ele-
git seu p̄destinauit om̄s. videt̄ q̄ nō fuerit li-
beral⁹ in eligēdo seu p̄destinādo. **A**dō qz ista
materia ē multū subtilis optet r̄ndere p̄vnaꝝ
similitudinē talē. **S**emel in quadā ciuitate fuit
inuenta vna magna cōgregatio seu multitu-
do latronū. q̄ p curiā capti z sententiati om̄s
ducebant̄ ad furcas. z dum irent rex intrauit
p ciuitatem. **Q**ui vides eos dixit. qd̄ est hoc
Et fuit sibi dictum q̄ om̄s erāt latrones iam
ad suspendendū sententiati. **R**ex aut̄ respici-
ens eos pep̄cit aliqb⁹ de illis z recepit illos in
suos. **D**einde fuit supplicatū regi q̄ p̄ceret et̄
alijs. **R**espondit rex q̄ ipsos nō traheret ad
se sicut alios receperat: s̄ placeret sibi q̄ eēt
soluti. et si vellent fugere fugerent. **Q**ui solu-
ti noluerunt fugere. et ideo fuerunt suspensi.
Sic in p̄posito: sciatis q̄ qcquid in h̄ mūdo
euenit. z q̄cunqz eueniūt oīa p̄ntia deo fuerit
nec in aliq̄ euentu creuit sua sc̄ia. qz inuaria-
bilis est. **E**t videbat q̄ om̄es h̄ane creature
nāliter ibāt ad furcā inferni. qz nāliter nullus
ibat ad paradysum. de qb⁹ elegit aliq̄s. ad se tra-

pro p̄destinatio.

hendo eos: et hos p̄destinavit. Si dicatur: et quare nō elegit alios. iniurias fecit illis vt videtur. Responsio. Non est verū. sicut nec rex fecit iniuriā latronibus q̄s nō recepit ad se: imo fecit eis gratias solucndo vincula vt fugerent si vellent. Ita deus de multitudie hominū et mulieruz humane nature elegit illos sicut sibi placuit. et soluit vincula alioz per liberum arbitriū. quia si volunt fugere. vicia et peccata possunt fugere. Ideo si damnant est ex culpa eoz. Ideo multi sūt vocati paucido electi. Sed quilibet bon⁹ xpian⁹ d̄z facē p̄putum q̄ sit de electis. et facē suū conatū vt saluetur. Ideo dicit Petrus ap̄l. Fr̄es satagite vt p̄ bona opa certā vestrā vocatōez et electōnem faciatis. ij. De. j.

Sermo. vij.

Quid hic statis

tota die ociosi. Ath. xx. Thema dat mihi motiū p̄dicandi contra vnum defectū seu viciū: q̄d nō cognoscit. tamen est cā multoz. s. viciū et ociositas: s̄ p̄mo salutē vir. Ath. Quid hic stas. Thema ē vbi xp̄i reprehensiuū dicens. Quid h̄ stas etc. Multe p̄sonē sūt in h̄ decepte ex īgrantia. qz nesciūt quid est ociositas. p̄pter q̄d multotiens illi q̄ laborāt iudicant ociosos: et illi q̄ sunt ociosi iudicant diligentes. Bern. Ociosus ē nō tm̄ qui operat̄ nihil: sed ociosus est qui cōtinue laborando nihil tandem inde lucratur. Ex quo verbo patet q̄ nō solum qui nihil facit est ociosus: s̄ etiā qui inutiliter opat̄ et in sero nullū lucrū portat ad domū iudicat̄ ociosus. Cū fm̄ lucrū q̄d hō facit ociosus v̄l diligens iudicat̄. verbi gr̄a. Si quis laboravit tota die inutiliter et nullū lucrū portat de sero ad domum. talis iudicat̄ ociosus ab vxore et ab omnibus de domo. Alius q̄ tota die sedit vt sutor: vel scriptor tm̄ in sero portat lucrum. talis nō iudicat̄ ociosus sed diligēs. Sic etiā spiritualiter. qm̄ ille qui p̄ lucro temporalis acquirendo laborat p̄ terram et p̄ mare tam de die q̄ de nocte et cōgregat multa bona. tal̄ dicitur diligens. Sed in sero mortis quando veniet ad iudicium et xp̄s sibi dicit. Quid es lucratus et nihil portabit. quia omnes labores temporales hic manebunt. De quo ergo viues dicit xp̄s quia nullum bonum meritum nec bonoz operū portas. Ideo remittitur vt paup̄ ad hospitale miseroz. s. ad infernum. Illi aut̄ q̄ laborant in opib⁹ sp̄ialib⁹ ieiunando. orando. missas audiendo. ecclesias visitando. p̄sentē. cōmunicant. tales iudicantur ociosi a p̄sonis carnalibus et mundanis

dicentes. Melius esset q̄ iretis fodere vel fīlare. et h̄mōi. Decepti estis: qm̄ tales in sero mortis qm̄ venient ad domum paradisi portabunt manus et bursas p̄scientie plenas thesauro meritorum. et poterunt dicere xp̄o. Domine quinqz talenta tradidisti mihi. ecce alia quinqz superlucratum sum etc. Ath. xxv. Quinqz talenta id est quinqz sensus corporales. ex quibus lucratur alia quinqz scz oculis peccata stendo. auribus missas audiēdo et sermones. adozatu delicias despiciendo. gustu ieiunando. tactu corpus affigēdo. Qui dicit xp̄us. Euge serue bonez fidelis quia in pauca fuisti fidelis. supra multa te cōstituiam. Intra in gaudium domini tui. Ath. xxv. De p̄sona autem que fideliter laborat in operibus spiritualibus. dicit scriptura sc̄a. Non sideravit semitas pomus sue: et panem ociosus nō comedit. Prouerbioz vlti. Sed illi q̄ sūt negligentes in operibus sp̄ialibus et ociosos dure reprehendunt a xp̄o di. Quid hic stas etc. Est autē ocium reprehensibile. quia ē cōtra virtuales operatōnem. Ideo dicit. Quid stas ociosi. cōtra terrenam habitatōnem. Ideo dicit. Quid hic stas etc. De primo q̄ peccatū ociositatis est p̄tra virtuales operatōnem. Ideo reprehendo dicit. Quid hic stas ociosi cum deberetis opari virtualiter et meritoze. In sacra scriptura qm̄ aliquis reprehendit qz facit p̄tra virtuales operatōnem cōmuniter reprehendit p̄ quid. vt p̄z put legitur Ath. xxvj. qm̄ magdalena vidit xp̄m fatigatū ex labore. et ipsa ad ip̄m p̄fortandū et refrigerandū vnxit eū vnguento. De q̄ iudas et alij discipuli murmurauerūt p̄tra illud opus vtuosum magdalene. q̄s xp̄us reprehendit di. Quid molesti estis huic mulieri. Ath. xxvj. Ita etiam hic xp̄s reprehendit ociosos dicens. Quid hic stas ociosi. Qm̄ deus dedit nob̄ corpus locum t̄ps vt opemur meritoze hic d̄ q̄ viuamus in alio mūdo. Nota hic secretum theologie. Angeli mali statim post peccatuz fuerūt a deo p̄demnati irrevocabiliter et sine reparatōnem. intantū q̄ passio xp̄i nihil p̄fecit eis. Sed nos expectat misericorditer per annum vel per. x. vel. xij. vel. xx. et vltra ad penitentiam. Sed quare facit nobis istam gratiam et non angelis creaturis tam excellentissimis. quia nos habemus in quo possum⁹ penitentiam facere. scilicet corpus siue carnē quod non habent angeli. nec anime separate a corporibus. Ideo multum sumus reprehensibiles si non facimus fruct⁹ penitētie in agro corporis seminando. Primo cōtemplatōnem deuotas in capite. fletus in oculis p̄ peccatis

in ore oratōnes deuotas seu humiles. in manibus largatōnes elemosinarum. in pedibus peregrinatōnes. in toto corpore p̄niales afflictōnes p̄pter q̄d ociosis dicit xp̄us. Quid hic stas ociosi: patet q̄ quōd h̄ viciū ociositatis est cōtra virtuales operatōnes. Nō hic similitudinem de illo qui nō h̄ agrū neqz vineas in quibus possit laborare vt p̄uideat vxori et filiis. Nō attendēs hō diues p̄mittit sibi possessiōes cū agr̄ et vineis oliuet̄ et arborib⁹ vt opetur et viuat inde. Si forte ille est ociosus qz nō curat laborare in p̄dictis: s̄ vadit p̄ tabnas. ludos. lupanaria. et nihil facit nunqd̄ talis ē dignus reprehensione di. Quid hic stas ociosus. In hac reprehensione sum⁹ om̄s nos q̄ nihil habeam⁹. Quib⁹ dedit de⁹ agruz p̄prij corpis ad laborandū meritoze Gen. ij. Formauit de⁹ bo. de li. ter. etc. Dedit nobis vineas. s. ecclesias. in quib⁹ sūt vinū p̄ciosum. de q̄ dānati si possent h̄re vnā guttā cū vera p̄ritōe saluarent. Istō vino inebriat̄ aia de gl̄a dei p̄ auditū vbi dei. S̄ sūt multi miseri q̄ nō curant p̄parare agrū corpis. imo est ad instar tre in culte. ideo fiunt ibi multe male herbe et spine p̄ctoz. vbi abscondunt̄ bestie venenose veneno luxurie gule etc. Nō curant de vineis ecclesiaz. qz nolūt audire missas nec sermones etc. p̄pter h̄ dicit scriptura Prou. xij. Qui opatur terrā suā saturabit panib⁹. Qui autē sectat̄ ocium stultissim⁹ ē. Et loquit̄ de diligenti et ocioso. De diligenti aut̄ dicit. Qui opat̄ terram saturabit panib⁹. s. angeloz. de q̄ Luce. xij. Beat⁹ q̄ māducabit panē in regno dei. de q̄ si possem⁹ nos h̄re mō vnā micā sufficēt nobis p̄ centū annis vel mille ad vitam. De ocioso vō dicit. Qui sectat̄ ocium stultissim⁹ ē. Nota tres gradus stulticie. Prim⁹ grad⁹ est. Stultus q̄ p̄mittit p̄dere p̄ciosum thesaurū meritoz. Secund⁹ stultior qm̄ p̄dit p̄miz gl̄ie. Tercius stultissim⁹ ē qm̄ videt penas inferni sibi patas et nō curat ipsas vitare v̄l fugere. cū eas pōt p̄ p̄niam euadere. qz p̄ctōz q̄ sine p̄nā inuenit qm̄ mortē statim in inferno p̄iicitur. Dico sc̄o q̄ viciū viciositatis ē p̄ terrenam habitatōnem. Ideo dicit. Quid stas hic ociosi. s. in loco hui⁹ mūdi. Qm̄ fit aliqd̄ p̄ cōitatē loci solet hō reprehendi p̄ hic. dicendo. hic hō facit etc. Ut si aliq̄s vellet facē aliquā imundiciā in camera regis vel in ecc̄ia reprehendit p̄ hic. Et nunqd̄ hic etc. Istō mō p̄sa. p̄p̄ba reprehendit vnuz di. Quid tu h̄. aut q̄st q̄s hic. S̄ dicit. Expellā te de statōne tua et d̄ ministerio tuo deponaz te p̄sa. xxij. Hoc mō xp̄s reprehendit ociosos di. Quid hic stas ociosi. In q̄ obdit q̄ viciū ociositatis ē p̄ terrenalē

habitatioez. Sicut si in optimo orto ortulan⁹ sustineret arborē aliquā infructuosam et sterilem diceret sibi a dño. vt quid terrā occupat Sic in optimo orto ecclesie plantant̄ hoies velut arbores in baptismo. quas xp̄us rigat sanguine p̄prio. quia als aqua nullam habet ret virtutem nec efficaciam. Sed quare plātantur. Nōne vt faciant fructū virtuosuz bonoz opezz meritoz. d̄ q̄d d̄ xp̄s. Ego elegi vos et posui vos vt eatis et fructū afferatis. et fructus vester maneat. Job. xy. Nota posui vos. s. in orto ecclesie. vt eatis. s. p̄ opa virtutum in vitam eternā.

Dominica in. lxx. sermo primus.

Emen est verbū

dei. Verbum istud habet textualiter Luce. viij. et officiat in euangelio currentis dominice. In presenti sermone intendo vobis declarare virtutes edificatiuas quas habet verbum dei: Sed primo saluetur virgo Maria etc. Ex p̄uidencia et ordinatōne spiritus sancti est talis ordinatio. qz res diuine ponunt̄ in sacra scriptura sub figuris parabolis vel similitudinibus. Et hoc duplici ratōne. Prima ratio sumit̄ ex augmentatōne meritoz. Secunda ex multiplicatōne secretoz. De prima quia si veritates diuine clare ponerent̄ in scriptura nō esset tantus labor in studendo et inquirendo veritates: s̄ quia ponunt̄ in figuris. ideo oportet nos laborare vt inueniam⁹ thesaurū sapie quasi fodiēdo. Ideo inter alia magna merita ē meritum magnū scrutari scripturas. Ideo dauid in ps. cxvij. Beati qui scrutant̄ testimonia eius: in toto corde exquirūt euz. Beati. s. hic p̄ gr̄am. et in futuro p̄ gl̄iam. Qui scrutantur testimonia eius q̄ in figuris ponuntur vt sint abscondita indignis et in deuotis et negligentib⁹. qz si clare ponerent̄ nō esset ibi meritum. Sc̄da ratio est ex multiplicatōne secretoz. Ideo q̄t sunt figure pabole et similitudines tot sunt secreta. Ideo dauid in p̄sona dei dicit. Attendite plē me⁹ legē meā: inclinate aurēz v̄ram in v̄ba oris mei. Aperiaz in parabolis os meū: loquar p̄positōnes ab initio psalmo lxxvij. Nō attendite. i. intēdite plē meus legem meā in di. aut. ve. in v̄ba oris mei. Ecce prima rō. Sc̄da. Aperiaz in parabolis os. s. scripturā sc̄am. Ideo ex dicti rōnib⁹ virt⁹ verbi dei dicit̄ in themate p̄ similitudinē semis. De semie em̄ verbi dei inuenit̄ clare in sacra scriptura q̄ verbū dei habet septem virtutes seu efficacias. que om̄s ponunt̄ sub aliqua figura vel similitudine. Et

de p̄destinacione n̄.

Primo est semē in baptismali generatōe
Secūdo est gladiū in pñali absolutōe.
Tercio est clavis in sacrali psecratōe.
Quarto est tyriaca in corpali refectione.
Quinto ē vnguentū in fraterna correctōe
Sexto ē lumē in doctrinali p̄dicatōe.
Septimo est cib⁹ in spūali oratōe.

Et de prima virtute loquit̄ the. Semē ē verbum dei. Dico ḡ primo q̄ verbū dei est semen in baptismali generatōe. Nam tāta est virt⁹ et efficacia vbi dei q̄ de filio hoīs facit filiū dei. Magnā virtutē h̄ret verbū q̄ lapidē vel lignū p̄uertēt in aurum. vel aquā in oleum. Maior est virt⁹ vbi q̄ de filio hominis et dyaboli facit filium dei. et h̄ fit in baptismo qm̄ sacerdos infundēdo aquā dicit. Ego te baptizo in nomine patris et filij et spūsc̄i amen. tūc creatura efficit̄ filiū v̄l filia dei. Baptism⁹ em̄ om̄ia pctā tollit vt dicit s. Tho. iij. pte. q. lxx. ar. j. fm̄ illud Ezech. xxxvj. Effundam sup̄ vos aquā mūdā et mūdabim̄ ab om̄ib⁹ inq̄namētis v̄ris. Unde Aug. dicit in lib. de baptismo puuloꝝ. Generante carne tātūmō trahitur peccatū originale. regenerante autē spiritu nō solum originalium sed etiam volūtariōrum fit remissio peccatoꝝ. Sic igitur in baptismo fit quis filius dei. q̄ est maior dignitatis q̄ si efficeret filius regis vel imperatoris. Sic em̄ verbum dei est semen. Nam sicut vir de vtero vxoris generat filios. ita cristus de sponsa sua. s. ecclesia. qui per os sacerdotis immittit semen suum. s. verbū formale infontem quasi in ventrem virginis sponse. et sic generant̄ hoīes in filios dei. Dicit enim Aug. Accedit verbū ad elementū et fit sacramentū. Ideo Aug. sup̄ Joh. dicit. Que tanta vis aque vt corpus tangat et cor abluat. et Beda dicit q̄ dominus tactu sue mūdissime carnis vim regeneratiuā p̄tulit aquis. Et iō dicitur. Voluntarie genuit nos verbo veritatis vt simus ininitū aliquod creature ei⁹ Jacobi. j. Pro dictoꝝ intelligentia. nota q̄ multi sunt baptismi effectus. vt dicit sanct⁹ Thomas. iij. parte. q. lxx. in multis articulis. per baptismum enim aliquis psequit̄ gratiam et virtutes. quia vt dicit Aug. in libro de baptismo puuloꝝ. et habet de psecratōe di. iij. Ad hoc baptismus valet vt baptizati cristus incorporentur vt membra eius. A capite autem xp̄o in om̄ia membra eius gratis et virtutis plenitudo deriuat. fm̄ illud Johan. j. De plenitudine eius nos om̄s accepimus. igit̄ p̄ baptismū quis psequit̄ (nisi vici⁹ accedat) gr̄tiā et virtutes. Item vt dicit ibi s. arti. v. In corpore illuminatio et fecundatio sunt effect⁹

baptismi. Item ar. vij. dicit q̄ apti ianue regni celestis ē etiā effect⁹ baptismi. q̄ p̄ eum impedit̄ mēta introitus regni celestis. s. culpa et reat⁹ pene remouent̄. Item dicit sanct⁹ Thomas. in iij. di. iij. q. ij. Nota. Voluntarie genuit nos nō meritoꝝ. quia ante baptismum persona nullum habet meritum. Sed q̄ persona illuminetur et veniat ad baptismum hui⁹ ratio ex parte dei est. quia voluntarie genuit. Item de pueris q̄ potuissent nasci filij iudeoꝝ vel saracenoꝝ sicut xp̄ianoꝝ. sed sola voluntate sine merito precedente fecit me vel te nasci de parentib⁹ xp̄ianis. Ideo in oratōib⁹ de h̄ singulariter debemus deo regratiari. dicēdo cū Dauid. Saluum me fac qm̄ voluit me i psalmo. xvij. Diligam te domine virtus mea. nota genuit nos. ideo ipse solus est pater. Nam patrini nō dicuntur patres temporalit⁹ et corporaliter. sed patrini diminutiue. Ideo dicit christus nobis. Nolite vocare vobis patrem super terram. Math. xxij. Nota verbo veritatis. Que est ista veritas. Illa que dicit. ego sum via veritas et vita. Joh. xij. Verbum huius veritatis est forma baptismi. Ostēdatur mulieribus que in piculo possunt baptizare q̄ nō mutant verbum veritatis. q̄ als nō saluaret̄ creatura. Item vt sim⁹ ininitū aliq̄ creature eius sc̄z dei. Hec filiatio incipit in h̄ mundo p̄ gratiam in baptismo. et p̄pletur qm̄ intra mus paradysum vt filij in domo parentum. Ideo dicit Johannes. Carissimi nūc filij di sumus: et nō dum apparuit quid erim⁹. quia cum apparuerit filius ei erim⁹. qm̄ videbim⁹ cum sc̄cuti est. j. Joh. iij. Abodo h̄ filiatio nō appareret. quia solū est in aīa: sed in gloria apparebit manifeste. Patet ḡ q̄ verbū dei habet virtutē hanc q̄ de filiis hoīm facit filios dei in baptismali generatōe. Ideo dicebat Petrus ap̄la. Renati estis nō ex semine corruptibili s̄ incorruptibili p̄ verbū dei viui et p̄manētis in eternum. j. Petri. j. Nota renati. i. iterum nati de vtero. ḡ semen est verbum dei: q̄ fuit thema.

Dico secūdo q̄ verbū dei dicit̄ gladiū i penitentiali absolutōe. Et si aliquid haberent aīam ligatā mille milib⁹ ligaminib⁹ seu cathenis. virtute absolutōis. s. dicendo. ego te absoluo omnia vincula rumpent̄. Nota quō quot peccata mortalia facit hō torquens seu cathenis ligat̄ anima. Et in mēbris q̄b⁹ peccat sic ligat̄ et aīa. Quia sicut corpus h̄ membra carnalia sic aīa membra spūalia. verbi gr̄tia. Nam qm̄ homo peccat per gulā. mentiendo vel diffamando. blasphemando vel iurando. vel facit excessum in comedendo. ieiunio frangendo. ligat̄ cathenas in collo aīe. qm̄

per gulā peccauit. Item si homo peccat corde dubitando in fide vel false opinādo v̄l p̄ximū odiendo tūc aīa ligat̄ p̄ cor. Item si hō mo peccat manib⁹ pcutiendo vel furando v̄l tangendo. Item si renib⁹ vbi est fons luxurie. Item si tibijs vel pedib⁹: et ideo dicit. Iniquitates sue capiūt impiū et funib⁹ peccatoꝝ suoz quisq̄ pstringit̄. Prouer. v. Constringit̄ in anima et corpe vt dixi. Abodo cogitate q̄ cathenis ligant̄ hoīes q̄ peccāt p̄ totum mundū. et caput est in inferno. et sunt cathene infrangibiles virtute creature. q̄ om̄s homines mūdi cū p̄cibus nō possent minimā rumpere. Sed qm̄ peccatoꝝ humiliter venit ad confessionē cum p̄posito nō redeūdi ad peccata. et absoluit̄ a p̄fessore. subito virtute vbi absolutōis et diuina virtute om̄ia vincula et cathene rumpunt̄. Ecce quō verbū dei est gladius. Auctas. Cuius est sermo dei et efficac⁹ et penetrabilior om̄i gladio ancipiti. et pertinens vsq̄ ad diuisionē anime et spūs ad hereticos. Nota vsq̄ ad diuisionē aīe et spūs. s. dyabolici. Et nota hic miraculū de illo ligato quē sanctus hō vidit euntē ad p̄fitendum quē demones p̄ cathenas trahentes retraherant ne iret. Ideo solue p̄fitendo peccata. Nam si aliquis vestrus esset ab inimicis vinculatus et cathenatus libenter iret ad libertatem si repiret. Dico tertio q̄ verbū sacerdotis est tante virtutis q̄ aperit celos. et facit venire xp̄m in hostia cum multitudine angeloz ipsum associantium. quia rex nō vadit solus. Non intelligat̄ q̄ in illa ap̄tione celi rūpanē. s̄ dicit̄ aperiri sicut ap̄itur cor amico reuelando sibi secretū. Talis em̄ cordis p̄municatio dicit̄ ap̄ertio. sicut dicit̄ de Dalida et de Samsonē postq̄ sibi reuelauit secretū cordis. Hūc ap̄uit mihi cor suū. Judi. xvj. Tali mō intelligenda est ap̄ertio celi. Nam deus q̄ secretus est in celo cum angelis et sanctis subito ad verbum sacerdotis descendit. Auctoritas Gregorij in quarto dyalogoꝝ. et de pse. di. ij. Quis fidelis. sic dicit. Quis fidelis dubius h̄re possit in ipsa imolatōis hora ad sacerdotis vocē celos ap̄iri et in illo Ihesu xp̄i mysterio angeloz choros adesse et summa imis sociari. Nota celos ap̄iri nō corporaliter. s̄ spiritaliter. vt dictū est. et xp̄s descendit et de celo nō recedit et tū descendit in manib⁹ om̄i sacerdotū psecratiū. et h̄ virtute verboꝝ dei q̄ loquit̄ sacerdos. Abodo cogitate h̄ quō qlibet sacerdos debet esse sanctus. Primo i ore ne mētiat̄. Nam dicit Amb. q̄ verbum sacerdotis aut est verū aut sacrilegiū. Item nō debet blasphemare nec iurare. Item p̄seruare ma

nus mundas a ludo ab armis: q̄ sicut virgo Abaria tractat eius filiū. Tūc em̄ manus sacerdotis sunt plene angelis q̄ tūc cantāt dicētes: Panis angelicus panis fit hoīm: dat panis celicus figuris terminū. Res mirabilis māducat dñm paup̄ seruus et humilis. Item p̄seruare debet corpus suū mundū a luxuria quia corpus sacerdotis est p̄p̄riū monumentū xp̄i magis q̄ sanctū sepulcrū. Ideo dicit sancta scriptura. Sacerdotes qui accedūt ad domū sanctificent̄ ne pcutiat eos. s. gladio damnatiōis eterne. Auisef populus ne adoret hostiā nisi forma cōsecrationis a sacerdote plata: quia vsq̄ i vltimo verbo nō est ibi xp̄s. Sicut virgo Abaria nō fuit mater dei nisi in vltima dictione p̄fecta. Et tunc Gabriel flexis genibus adorauit xp̄m in vtero virginis existentē. Sic nos i hostia cōsecrata. Dico quarto q̄ verbū dei est tyriaca in corpore refectione. Quā em̄ volum⁹ comedere vel bibere ne simus intoxicati vel efficiamur veneno infecti verbū dei est tyriaca. Dicit̄ naturales q̄ est vn⁹ serpens ita venenosus q̄ si mordet in radice alicui⁹ arboris: omnes fructus illi⁹ arboris sunt venenati. Ideo comedere de illo fructu sine tyriaca esset piculū. Sic etiā radix om̄i ciboz fuit cibis ade quē serpens antiquus intoxicauit. ibi ponēs venenū peccati. Ideo ex quo radix fuit venenata: infecti sunt et periculosi omnes cibi corporales. Ideo ante et post cibū sumenda est tyriaca verbi dei. sc̄z versus mese Pater noster vel Ave maria: v̄l ad minus dicere iesus: si ita sis gulosus et festinus. et ista est tyriaca. Et ideo dicit scriptura. Libos creauit deus ad p̄cipiendū cum gratiarū actione fidelibus: quia ois creatura dei bona. et nihil reiciendū q̄ cū gratiarū actione p̄cipit. Sanctificat̄ em̄ p̄ verbū dei et orationē. j. ad Thi. iij. Ideo quicūq̄ volueritis comedere vel bibere ponatis tyriacā ne dyabolus subintret. Nota miraculū q̄ narrat Gregor⁹ de moniali comedente lactucā in orto arrepta a demone. vel de p̄dicatore bibente in villa. v̄l de puella tres demones in corpore habente. Dicit q̄ dum biberet intrauerūt. quia non signauit se. Ideo dicit. cibos creauit deus. q̄ omnis creatura dei bona est. s̄ dyabol⁹ intoxicauit. Ideo necessaria ē tyriaca b̄ndictionis. Dico quinto q̄ verbū dei est vnguentū in fraterna correctōe. Sicut em̄ multe plagae corporales curant̄ vnguento. sic etiā plagae spūales et vulnera aīaz. p̄ximoz vnguentū mitigatiuū et sanatiuū est vbi frater ne correctōis q̄ xp̄s optim⁹ p̄bisc⁹ cōfecit.

gabriel adraunt
et vno hōis ex p̄te.

Si ergo vides amicū tuū vel vicinū tuū volentem peccare. vel si iam peccauit. voca eum ad partem dulciter dicendo sibi Talis fama est de vobis: ideo amore dei corrigatis vos. Ecce hic vnguentū sanatiū. Auctoritas. Abiit verbū suū et sanauit eos: et eripuit eos de interitiōibus eorū. ps. cvj. Nota. Abiit vnguentū suū: quia quodlibet verbū correctiuū mittit a deo per illum ministrū per quē dicit. Abiit vnguentū. s. p. os corrigentis. et sanauit eos de interitiōibus. i. de piculis mortis. Auferat hic correctores quos vnguentū ponat ad instar vnguenti corporalis quod ponit dupliciter. scilicet calidum et suauiter etc. Sic etiā quā aliquis est vulnerat⁹ ab aliquo peccato quod credit esse occultū. et tamen omnis loquuntur dicendo. Ille ribaldus vel illa meretrix. Tu qui vis apponere vnguentum correctōnis calcificas igne charitatis. nō cum supbia dicendo venite quia ego cognosco vos. quia frigide ponere nec proficeret. Ideo iesus xps dicit ei. Si peccauerit in te. i. te videte: frater tuus. corripe eū inter te et ipm solum si te audierit lucratus eris fratrem tuū. Mat. xvij. Isto modo vir debet corrigere vxores etc. Secūdo quod ponat suauiter et dulciter. quia aliter nō haberet patientiā defect⁹ vxoris. nō cū baculo nec aspere: dicendo. tu putana etc. Ideo facit vxor de viro quā ipsum videbit letus. Idē facit pater corrigendo filios. et amicus amicū. Ideo apostolus. Fratres si peccatus fuerit hō in aliquo delicto. vos quod spirituales estis hōmō instruite in spiritu lenitatis. ad gal. vi. Sed sunt aliq̄ vulnera quā vnguento nō possunt saluari. ideo sciuntur a barbitōsoribus. Sic etiā est de peccatis publicis et notorijs. Ideo rectores debent abscondere per ordinaciones etc. Ideo apłs. Utinā et abscondant quod vos turbant. ad Gal. v. Quā ex peccatis notorijs tota communitas turbatur et destituitur. Dico sexto quod verbū dei dicit lumen in doctrinali p̄dicatōne. Rō. quia in factis dei tot⁹ mundus est tenebrosus et se. P̄hi enim qui tñ credebant scire de deo solum sciuerūt vnā cōclusionē. s. quod vnus est deus. vna prima causa. vnū primū principiū seu motor. Adō plus scit de deo vna vetula sciens credo in deum in quā sunt duodecim cōclusiones fidei catholice. Et ista scientia vnde habetur a verbo p̄dicatōnis. Ideo verbū dei dicitur lumen. quia nullus intellectus creatus poterit se scire se creta fidei nisi per reuelatōnem. Ideo apłs. Fides est ex auditu. auditus autē per verbum dei ad Roma. x. Adulti autē ambulabāt in tenebris: quod nō audierunt verbū dei. v. quod nō p̄dicat⁹ eis verbū dei: sed ovidij virgilij etc. Ideo gē-

tes sunt in errore circa agenda et credenda. Verbi gr̄a. Quot homines sunt qui credūt quod mutuari ad vsurā nō sit peccatū mortale. facientes rationē. Rūquid de mea pecunia de qua ille seruit sibi etc. Sed fundamētū est falsum. Et quod peccatū esset si thesaurari⁹ regis cōtra voluntatē regis dispēsaret pecunias. Sic xps est rex et dñs oim bonorū cui habem⁹ reddere rōnem. Ipse enim p̄cipit ne mutuem⁹ ad vsurā et ne res vendat⁹ plus rōne dilatiōis solutionis. nec min⁹ per denarijs p̄mptis. Sicut etiā p̄hibet ne mutuem⁹ super possessiones et interim recipiam⁹ fructus. Item p̄hibet obligationē voluntatis propter mutuū: quia vsura ē. Ecce lumen verbi dei. Itē quot sunt qui credūt quod simplex fornicatio nō sit peccatū: dicendo: cui facio iniuriā etc. Sed cui fit iniuriā quā cū filia regis etc. etiā dato quod sibi placeat et tibi. iniuriā fit regi nisi det tibi in vxorē. Ecce quod verbū euangelice p̄dicatōnis ad modū lūmis vias agendorū ostendit: et in semitis credendorū dirigit. Ideo ipse Dauid. Lucerna pedib⁹ meis verbum tuum: et lumen semitis meis. psal. cxvij. Dico septimo quod verbū dei est cibus in spiritali oratione. Et nota hic pulchram declarationē cōmunē. Videt⁹ quod de⁹ super oem creaturā dilexit hominē. A principio enim de⁹ fecit maximā multitudinē angelorū qui sunt substantie sp̄siales. Deinde fecit maximā multitudinē creaturarū corporaliū. Et deinde fecit hominē in quo vniuit totū. scilicet creaturam spirituales vt animā: et corporale vt corpus. Angelis autē solū dedit cibum sp̄siale. aīab⁹ corporale. hominē autē dedit cibū duplicē: corporale ad sustinendū corpus. s. panē. vinum. carnes. et fructus etc. Et spirituale ad sustinendū animā. s. verbū dei quo aīa reficit. quia nō in solo pane viuūt homo. de hoc viuūt corpus: sed in omni verbo quod p̄cedit de ore dei. Mat. iij. Et ideo sicut ordinate bis in die reficit⁹ corp⁹ abo corporali. ita bis in die reficiēda est aīa. s. de mane orādo: dicit⁹ modus. Ecce prandiū aīe. Idem in sero. Et sicut non traditis obliuioni prandiū vel cenā corporis. ita nec etiā debetis tradere obliuioni prandiū vel cenam anime: dicit⁹. pater n̄r. i. quo sunt septē petitōes quasi septem vncie panis regis. scilicet xpi: quia ipse pensauit eum et fecit. Potus est: Ave Maria. Bona societas: Pater n̄r. Ave maria. Serculū est: credo in deū. in quo sunt duodecim articuli quasi duodecim frusta carnis. Ideo dicit⁹: Inuenti sunt sermones tui et comedi eos. et factum est mihi verbum tuum in gaudium et leticiam cordis mei. Hieremie xv. Nota inuenti sunt sermones. scilicet oratiōis

Iam cibus oratiōis est patus. non oportet portare nisi in ore ad comedendū. et sic aīa impinguat. Ideo dauid. Sic adipe et pinguedine repleat aīa mea: et labijs exultatiōis laudabit os meū. in ps. lxxij. Deo gr̄as.

Sermo. ij.

Ecce cecidit cecidit

adit cecidit. Verbum istud colligit ex euangelio currentis dominice. et Luce. viij. Sermo noster erit de defunctis Sed vt materia sit deo acceptabilis et gratiosa et nobis meritoria et p̄ficua. ante omnia saluetur virgo Maria. Adulti vestrum miratur forte vnde habet hoc thema. Dico quod colligitur ex euangelio dominice currentis. in quo quadrupliciter dicitur cecidit. Et primo cum dicitur cecidit secus viam. Secundo cecidit super petram. Tercio cecidit in spinas. Quarto cecidit in terrā bonam. Ecce tota parabola euangelij vbi quater dicitur cecidit. Unde debetis scire quod in sacra scriptura mors hominis dicitur cadere: quia qui mori cadit. s. de honore. amicis q̄stumcunq̄ sit magnus dñs. Item cadit de pulcritudine in turpitudine: quia licet viuus fuerit pulcher. mortuus efficitur turpis: intm̄ quod est terror: ipsum videt. Itē cadit de magnis diuitijs in magnas miseria et paupertates: quia secum solū trahit lintheū. Tercio cadit de amore in odium quia statim p̄iatur de domo et ponitur sub terra. Quarto cadit de vita in mortem. Ideo mors ē cadere: sicut arbor nucis seu alia plena fructibus et omnis volūt de eis fructibus. Sed quā securi sanditur et cadit despiciet⁹: quod cadit de magna altitudine et p̄dit fruct⁹ et folia. Sic est de hoīe diuite seu honorabili qui viu⁹ honorat⁹ propter fructus diuitiarū: sed quā securi mortis scandit et cadit ad terrā statim despicietur. Ideo de hōe auctoritas quod loquitur in p̄sona morientis. Si ceciderit lignū ad austrū aut ad aquilonē in quocūq̄ loco cecidit ibi erit. Eccl̄s. xj. Sed est hic quod scio quare p̄sona per peccatū vnus hore vel diei puniatur eternaliter pena infinita si dānatur Nam bon⁹ iudex fm culpā debet dare penā. Et p̄cordat sacra scriptura dicens: per mēsurā peccati erit et plagarū modus. Deut. xxxv. Itē alia de nouo testamento. Quantū glorificauit se et in delicijs fuit: tantū date ei tormētū et luctum Apoc. xvij. Bona est questio et mlti errauerūt in ea. vt Origenes fm quod dicit hieronymus. et ratio est. quia credūt quod sicut finitur vita hoīs: finiat⁹ etiā peccatū. Ecce fundamentū erroris. et hō venit ex ingratiā. quia imo magis tūc est obstinata in illo peccato voluntas

peccatis. Ideo dicit: in quocūq̄ loco ceciderit ibi erit. Nota exemplū de duob⁹ quos vultis punire de aliquo defectu. et vnus cognosces culpā suam humiliter petit veniam. p̄mittēs emendā. statim remittitis sibi. Ali⁹ vobis obstinatus rebellat. ideo p̄cutis eū gladio etc. Idē est de peccatorib⁹. Ecce quare dicitur: si ceciderit lignū ad austrū. Quod autem mors dicit⁹ cadere auctoritas. ij. Reg. ij. Rū ignoratis quā p̄nceps et maxim⁹ cecidit in isrl̄ Dixit dauid de morte abner de isto cadere. et recepi thema dicit⁹: cecidit quater. Ideo quod quatuor sūt modi seu p̄ditiones morientis. Nam Aliq̄ moriūt⁹ in peccatō originali. id est de primo cecidit Aliqui in peccatō mortali. id est secundo de cecidit. Aliqui in peccatō veniali. id est de tercio cecidit. Aliqui in gr̄a sp̄iali. id est de quarto cecidit.

Primo dico quod aliqui moriunt⁹ in peccato originali: vt pueri nō baptizati. ideo nō possunt intrare gloriā paradisi. Quia dixit christ⁹ beato Johāni quā sibi ostendit gloriā paradisi. Non intrabit in ea aliquid coinquinatū aut abominationē faciens. Apoc. xxi. Peccatus originale est quedā macula quā recipit anima in vtero mulieris: ac si rectores hui⁹ ville facerent vnā imaginē vt poneret⁹ in templo que dum ducit⁹ ad templū cadit in luto etc. Et de hoc peccato dixit Dauid in ps. l. Ecce enim in iniquitatibus cōceptus sum: et in peccatis cōcepit mater mea. id est in peccato originali. Et ponit⁹ ibi plurale per singulare. Nota peccatū originale est vnus numero in vno homine. sed in omnibus est vnū specie: vt dicit sanctus Thom. p̄ma sc̄be. q. lxxij. ar. ij. et dist. xxxij. q. j. ar. ij. Est tamē etiā in vno homine peccatū originale multiplex virtute: quia virtualiter cōtinet oīa peccata: vt dicit sanct⁹ Tho. p̄ma sc̄be. q. lxxij. arti. ij. ad sc̄m. Sic igit⁹ patet quod verbū Dauid intelligendū est cum dicit Ecce enim in iniquitatibus cōceptus sum. loquēs de peccato originali in quo pueri cōcipiunt⁹. Propter hoc nisi lauent⁹ baptismo nō possunt intrare paradysum. Ideo dicit⁹: Amen amen dico vobis: nisi quis renatus fuerit ex aqua et sp̄s sancto. nō potest intrare in regnū dei Jo. ij. Ideo debetis esse diligētes vt pueri baptizent⁹ ne cadant extra gloriā. hoc est in limbo p̄uorū. Nota omnes tenent⁹ ad baptismū et sine eo nō potest esse salus hominibus: vt dicit sanct⁹ Tho. iij. p̄te. q. lxxvij. arti. j. et. iij. dist. vj. Itē pueri baptizatorū debent baptizari. Et etiā si modo aliqui sanctificarent⁹ in vtero necesse esset eos baptizari: vt per susceptionē characteris alijs membris xpi cōformarent⁹. Nec sanct⁹ Tho. iij. p̄te. q. lxxvij. ar. j. i solutionib⁹

de vnguentis dos.

de p̄to originali.

de bay. mo

secundi et terti argumentorum. Item ibi supra. ar. ij. dicit et pbat q nullus pot saluari sine baptismo in actu vel pposito. Dicit quod sunt quatuor domus in corde terre. Prima est inferior et ista est infernus damnatorum. Secunda est locus purgandorum. Tercia est limbus puerorum. Quarta est sinus patrum sanctorum. In limbo hic cadunt pueri qui moriuntur cum peccato originali solum. siue sint filii christianorum siue infidelium. et non habent ibi nisi solam penam damni. De hoc sanctus Thomas. ij. scrip. dist. xxxij. q. ij. ar. ij. di. xlv. q. ij. ar. j. di. xvi. q. j. ar. ij. q. ij. tercia parte. q. j. ar. iij. ad secundum. Et dicit sanctus Thomas in. ij. sententiarum q disputat inter se et stant lete. Sic sepate cum q disputat originali cognoscunt omnia naturaliter pcto cognoscibilia a ratione: et multa alia. Dicit sanctus Thomas. ij. di. xxxij. q. ij. arti. ij. iij. di. l. q. j. ar. j. ad. vij. Item in de malo. q. v. ar. iij. Habent enim claritate intellectus sed non glorie. nec displicet eis. nec tristatur. sicut nec tu habes tristitiam. quia non es rex aragonum. quia non debetur tibi. vel quia non habes alas ad volandum. Idem est de illis pueris. Ideo dicitur. Audite verbum istud q ego leuo super vos planctum. Cecidit et non adiciet ut resurgat virgo israel. peccata est in terram. non est qui suscitaret eam. Amos. v. Nota planctum quia mortua est creatura sine baptismo. Nota q quod est magnus peccatum qm mulieres cuiusuis sint status occidunt. ples ne peccatum sciatur. et ptra apothecarios q dant medicinas ut moriantur. Ideo dicit virgo israel. Illa animam vocat virginem. eo quia nunquam plesit in aliquo pcto: et peccata est in terram. s. in limbo. Ecce primus cecidit. Dico scdo q aliqui moriuntur in peccato mortali qui dure puniuntur. ut religiosus qui non tenet suam regulam nec vota q iurauit vel pbyter qui non viuunt caste. vel laycus q non est obediens deo nec pceptis eius vel qui non seruat castitatem: nam tales moriuntur in pcto mortali et vadunt ad infernum damnatoz ad centum milia dyabolorum. Ideo de talibus dicit. An ignoras qm benignitas dei ad peccatum te adducit. Scdm duritiam autem tuam et cor impenitens thesaurizas tibi iram in die ire et reuelationis iusti iudicij dei. qui reddet unicuique sm opa eius ad Ro. ij. Nota o miser peccator: an ignoras te esse in peccato. et benignitas dei ad penitentiam te adducit. q tamen ad penitentiam noluit adducere angelos peccatores. Sz imediate ptra eos facta fuit executio: et hoib dat spaciū pnie. Sz qm noluit pueri quando moriuntur cadunt in inferno. Autortas cum secretis. Qui ceciderit sup lapi-

dem istum confringet. sup quem non ceciderit cetera ret eum. Math. xxi. Dico tertio q aliqui moriuntur in peccato veniali solum. Ideo dicit tertio cecidit. licet fecerunt multa peccata mortalia: tamen fecerunt penitentiam q non condignam. Isti tales quando moriuntur non statim vadunt ad paradysum: nec ad infernum ex quo confessi fuerunt. sed vadunt ad purgatorium: qd est domus plena ignis q virtute diuina cruciat alias magis q si aia esset in furno ardenti. Nota dicit sanctus Thomas in. iij. dist. xxi. q. j. ar. j. q. iij. et. iij. pte. q. xlvj. ar. vj. ad tertium. q minima pena purgatorij est maior q maxima hic. Et pena purgatorij semp taxat sm quantitatem peccati: ut dicit sanctus Thomas in quarto dist. xx. q. iij. tunc est ad soluendum peccatum. Et pena purgatorij purgat illa reatu pene in soluendo pena: ut dicit sanctus Thomas. iij. dist. xxi. q. j. ar. iij. q. ij. Et ideo dicit: Si quis supedificat sup fundamentum hoc aurum et argentum. lapides preciosos. ligna. fenulum. stipulam. detrimentum patiet. ipse tamen saluus erit sic tamet quasi p ignem. prima ad Corinth. iij. Nota si quis supedificat sup fundamentum hoc. s. fidei: quia ad purgatorium non vadunt nisi christiani qui stant supra fundamentum fidei. sed edificauerunt ligna. fenulum. et stipulam. id est peccatum veniale. Ideo patiuntur in illo igne. Pro quo notandum sm sanctum Thomas. iij. scrip. dist. xxi. q. j. ar. ij. q. j. q triplex differentia ponit peccatorum venialium. Quia qdam sunt grauissima in genere venialium et difficillime purgabilia. Et hec p lignum signantur. Queda minima que p stipulam significant. Queda media que p fenulum significant. Ratio doctorum: quia venialia charitati adiuncta possunt p aliquam penam consumi. Ideo pueniuntur sm methaphoram significant illis que p ignem consumuntur. Et q: quanto aliquod peccatum est grauius tanto difficillius purgatur et in peccatis venialibus inuenit alterum altero grauius. ideo conuenienter eorum diuersitas significat p diuersitatem eorum que facilius et tardius consumuntur ab igne. Et quia perfectio cuiuslibet quantitatis ternario comprehenditur ppter principium medium et finem. ideo triplex differentia peccatorum venialium: ut patuit ponit. His dictis consonat beatus Augustinus cuius verba magister ponit in quarto dist. xxi. Dicunt tamen doctores q minima pena purgatorij est maior omni pena huius mundi. qd et sanctus Thomas concorditer tenet: ut patuit. Nota practicam quomodo anima cadit in purgatorio de manibus boni angeli. Et dicit anima in purgatorio existens malicie dyaboli. Ne lictis inimica mea sup me: q cecidi

For pueris sic bar mo

For pta purgatorij.

supple in purgatorio. quia confurgam. supple completa penitentia. Math. vij. Ecce tertium cecidit. Dico quarto q aliqui moriuntur in gratia spiritali pure. sicut sunt homines vel mulieres. qui tenent vitam apostolicam seu spiritualem. qui licet fecerint peccata mortalia tamen fecerunt condignam penitentiam. continentur sepe et comunicant et plorant sua peccata. et faciunt magnas penitentias. et lucratur magnas indulgentias etc. intantum q si ponerent in statera diuine iusticie omnia bona que fecerunt et bona opera in vna parte et mala in alia plus ponderarent bona q mala. tales quando moriuntur via recta vadunt ad paradysum et ascendunt ad gloriam celestem. Et de istis dicit apostolus. Scimus enim quonia si terrestris domus nostra huius habitatiois dissoluatur q edificatioem ex deo habemus non manufactam: sed eternam in celis. ij. ad Cor. v. De qualibet tali anima beata dicit in euangelio. cecidit in terram bonam. Luca. viij. De qua David. Redeo videre bona domini in terra viuentium. Lauete ne cadatis de paradiso. dicit David. Impulsus euersus sum vt caderem et dominus suscepit me. Fortitudo mea et laus mea dominus. et factus est mihi in salutem. In ps. cxvij. Nota impulsus scilicet in morte per dyaboli temptaciones: sed dominus suscepit me. Qui mittit angelos suos etc. Laus mea scilicet in aere contra demones quando dixi. Deo gratias qui liberauit me de tali peccato de quo ille pditor me temptauit etc. dominus factus est mihi in salutem. quando dat mihi gloriam celestem.

Sermo. iij. Status est mihi stimulus carnis mee. ij. ad Corinth.

Pro hoc ubi declaratio est sciendum. q inter multa et magna mala et miseria huius mundi sunt duo scz pemptuositas ad malum. et difficultas ad bonum. Ad malum autem inclinamur naturaliter. Et ideo dicitur. Sedus enim et cogitatio humani cordis in malum pna sunt ab adolescentia sua. Gene. viij. Sz difficultas est qui vult viuere sancte et ordinate scz iuxta dei voluntatem. impedit et retrahitur ab extra. s. carne. Sic enim equus qui de se est leuis impeditur in curru quem trahit. ita etiam anima q de se est leuis ad currendum ad paradysum. retrahitur onere carnis. qd trahit et contrahit. Ideo aplos. Laro concupiscit aduersus spiritum. spiritus aduersus carnem ad Gal. v. Multi vellent viuere in humilitate et castitate. sic de alijs. sed impediuntur a carne. De hoc

non uti pmo et sequentes.

complagendo se apostolus dicit. Condelecto enim legi dei sm interiori hominem. Quidem autem aliam legem in membris meis repugnante legi mentis mee et captiuante me in lege peccati. q est in membris meis. Infelix ego homo qd me liberabit de corpore mortis huius. ad Roma. vij. Ideo ex hac difficultate aliqui dimittunt bonam vitam. sed sm interiori hominem instigat ad vitam virtuosam. quemadmodum stimulat asinum vt vadat. Ideo aplos de stimulo suo dicebat thema. Datus est mihi etc. Patet q thema. Et inuenio in sacra scriptura q xps habet quattuor stimulos quibus diuinitus excitamur vt vadamus ad paradysum.

Primus est dolor corporalis affligens. Secundus est doctor cordialis copungens. Tercius est timor iudicialis cogens. Quartus est amor spualis purngens. De primo singulariter loquitur thema. Datus est etc. Dico pmo q deus habet stimulum de dolore corporali affligente. ne scz pigritemur in bona vita. Sicut sunt infirmitates. dolores. paupertates. fames. siccitates. mortalitates. etc. Non credatis q deus delectetur in nostris malis. sed ratio principalis nostraz afflictionum ex pte dei est reductio exercitatio et promotio ad bonum. et tandem introductio ad gloriam. Nota ad hoc similitudinem de iumento quod portat onus: quod non delectabiliter verberatur a domino suo: sed si deuiat a recta via tunc percussit et ad viam reducit per flagellum. Si vero non deuiat adhuc cum flagello percussit non delectabiliter sed vt citius vadat. et vltius percussit vt currat et tandem ad domum veniat. Sic etiam via ad paradysum est bona vita. Hec via ambulate in ea neq ad dexteram neq ad sinistram declinabitis. Ysa. xxx. Sed aliquotiens homines deuiant ad dextram amore prosperitatis dimittentes bonam vitam: et faciunt contra dei mandata. vel ad sinistram timore aduersitatis vt fugiant mala dimittunt bonam vitam. Quidem ergo deus q iumentum suum deuiat a via recta stimulat ipsum flagello infirmitatis vel famis. doloris vel mortalitatis que tangunt carnem: vt dicat homo. Si ego essem in via bone vite non stimularer me. et sic reducit ad viam coterendo confitendo et remittendo etc. Si forte sit in via: sed vadit tarde tepide et spaciose. stimulat etiam a deo vt citius ambulet per bona opera accelerando festinando ad bonam vitam meliorando se. scz cum maiori feruore spiritus vt diligentius faciat bona opa. Hac stimulatione et similem tangit David qui de se dicebat ppo. Ut iumentum factus sum apud te: et ego semp

tecum. Tenuisti manū dextram meā: et in vo- luntate tua deduxisti me: et cum gloria susce- pisti me. ps. lxxij. Nam David optime senti- ebat stimulum dei: ideo si erat extra viam sta- tim reducebat se ad viam dicendo. Misere- re mei deus etc. Sed si iam in via seruentius operabatur: ideo dicit. ut iumentum factus sum. Hic apparet defectus noster. quia non possu- mus dicere. ut iumentū factus sum: sed minus quā iumentū. quā iumentū si est extra viam et flagellatur a domino suo: statim reducit se ad viam. Nam videt habere rationem et cogno- scere. quia ideo percutit a domino. quia est extra viam. et tu qui per peccata es extra viam bone vite. et deus flagellat te. et tu non cognoscis. nec propter hoc redis ad viam: imo multi ex his sunt peiores. ideo non potes dicere cum Da- vid. ut iumentū factus sum: sed minus quā iumē- tum. Item si iumentū sit in via et percutitur a domino statim meliorat passum accelerando. quasi cognoscat quod dominus ideo percutit ipsum. Et quasi tu homo vel mulier a domino flagellaris. factus op- positum: non solum non melioras te. imo in cor- de tuo recipis indignationem contra deum di- cendo malas grates etc. Nonne videt vobis quod sumus minus quā iumentum. De hoc stimu- lo dicit Apollus. He magnitudo revelationum extollat me. i. extra viam tollat. datus est mi- hi stimulus carnis mee: angelus sathane qui me colaphizet. ij. ad cor. xij. Paulus est sup- per omnes mortales. et habuit donum revelatio- num. quia sicut amicus ostendit amico totam domum suam. ita Christus ostendit Paulo paradisum et or- dines angelorum et omnia edificia paradisi plusquam Johanni. Intantum quod dicit Augustinus. quod ostendit sibi divinam essentiam. Paulus enim in raptu vidit di- vinam essentiam: ut dicit sanctus Thomas. prima parte. q. xij. ar. xj. in solutione ad secundam. ubi sic dicit. quod sicut de aliquo miraculose ac superna- turaliter in rebus corporeis operatur. ita etiam et supernaturaliter et propter communem ordinem mentis aliquorum in hac carne viventium: sed non sensibus carnis utentium usque ad visionem sue essen- tie elcavit: ut dicit Augustinus. xij. super Genesim. ad litteram. et in libro de videndo deum de Moyse qui fuit magister iudeorum. et Paulo qui fuit magister gentium. Hec sanctus Thomas ibi supra. Ideo dicit in. iij. di. xlix. et in de verita- te. q. xij. et secunda secundae in materia de raptu. Nonne magnitudo revelationum eius extolleret da- tus fuit sibi stimulus carnis. glossa verior dicit: quod iste stimulus fuit dolor lateris. scilicet puncto. Si dicit hoc impediebat eum ne ita cito ambula- ret sibi auferendo ieiunia predicationes etc. Res- pōdeo quod apostolus proficiebat ex patina illa et hui-

litate dolozis: quia erat ita sanctus quod curabat alios infirmos. et quod ita pateret patienter. Si ergo apostolus tam sanctus indigebat stimulo. quanto magis nos peccatores debemus pati- enter sustinere flagella. Secundus stimulus est doctor cordialis pungens. Hic est predicator verbi dei qui per aures stimulat et pungit cor: ut ad deum veniat. Secus est de predicatoris seu doctore curioso qui predicat verba ornata: quia iste non pungit cor sed solum aures. Sed predicator qui predicat verba sacre scripture pungit cor superbi quando reducit ad viam humilitatis. vel avari quando reducit ad viam libertatis et misericordie restituendo: et sic de alijs. De isto modo loquedi ad cor dicit Ysaias. Dicit dominus deus vester. loquimini ad cor hieru- salem et aduocate eam Ysa. lx. Nota loquimini ad cor. non dicit ad aures ipsas demulcendo ricinis seu verbis poetarum. Hierusalem dicit hic anima. De isto stimulo avaritas. Verba sapientium sicut stimuli: et quasi clavi in altum defixi que per magistrorum consilium data sunt a pastore vno. Ecces. xij. Nota verba sapientium id est predicatorum. Quia sicut iuriste vulga- riter dicunt sapientes: quia sciunt leges vel canones et allegationes etc. faciunt fieri iusticiam de receptis seu iniuriatis. ita predicator- res sacre scripture faciunt iusticiam fieri. scilicet penitentiam peccatoribus a dyabolo deceptis. que est quedam iusticia penitentialis. Penitencia enim est virtus specialis moralis non theo- logicalis. Et est pars iusticie commutative sub- iectiva: ut dicit sanctus Thomas quarto. dis- xliij. et. iij. parte. q. lxxxv. et sic predicator- es sacre scripture faciunt iusticiam fieri peccatori- bus. scilicet punitionem. Verbi gratia. Dyabolus ut falsus emptor: modico precio emit animam peccatoris. in qua emptione est fraus ultra dimidium iusti precij. quando consulit homini ut faciat usuram furtum rapinam. vel quod retineat sibi decimam vel alias res et homo sibi consentit tunc vendit dyabolo. Ideo quid debes face- re venire ad iuristam leges scientie et canones sacre scripture. et sic predicator predicando dicit quod debes facere restitutionem si aliquid fuisi lu- cratus in ludo cum taxillis. Et hoc quando temptavit vel decepit te dyabolus avaricia. Secundo dyabolus decipit de luxuria iuvenes suggerens quod est magna delectatio. tu parces sibi ad punctum. gloriam paradisi amittis. et perdis omnia merito in puncto quando tu con- sentis sibi. quia per unum peccatum mortale oia bona opera mortificant. De bonorum operum mortificatione vide sanctum Thomam in. iij. dis- xliij. Ueni ergo ad sapientem in predicatione babe-

bis stritionem: et statim omnia perdit tibi re- stituentur. Ecce ratio quare predicator- es di- cuntur sapientes. Auctoritas christi. Ecce mit- to ad vos prophetas sapientes et scribas Math. xxij. Secundo dicit. sicut stimuli. dicit quod ver- ba predicatoris sunt sicut stimuli qui pungunt contra difficultatem ad bene operandum. et quasi clavi in altum defixi contra pronitates ad malum. que per magistrorum consilium. glo- sa ordinaria. prophetarum. quantum ad ve- tus testamentum. et apostolorum. quantum ad nouum. data sunt a pastore vno. scilicet Christo. Tertius stimulus est timor iudicialis con- ficiens. i. clauificans. Inter alia que multum retrahunt hominem a malo et a peccato et ex- citant ad bonum est timor iudicij particulari vel generalis. ad quod oportet nos venire. et for- te citius quam credamus. Non debet quilibet intra se cogitare. vel cogitando dicere. Miservide amas quem computum reddam deo de vita mea. et quod ridebo Christo mihi dicenti. Ecce quod feci per te videam quod tu fecisti per me. Hic dicitur erit qui tunc poterit dicere ride: dicendo. Dne ego eram superbus sed amore et exemplo vestro fui hu- miliatus. et sic de alijs. Sed videatis de illis qui nihil fecerunt pro christo. et hoc timore quilibet debet se a peccatis custodire. Sed et hoc timo- re animalia irrationabilia vincunt nos. que a maximis cupiditatis abstinent timore peri- culi. Verbi gratia. Canis licet famelicus absti- nebit nec recipiet panem si datur sibi cum virga in capite vel cum puncto gladii. et nōs minus quam bestie nolunt abstinere a peccatis timore gladii diuine iusticie et damnationis. imo de spiritum. Ideo peccatoribus dicit David in ps. Nisi pueri fueritis gladium suum vibrauit ar- cum suum tetendit et parauit illum etc. Non dicit orando dicebat. Conspice timore tuo carnes meas: a iudicij est tuis timui. in ps. cxvij. Hic stimulus facit magnam bonum. Nota hunc ex- plū de vno iuvene qui somnando fuit interro- gatus a Christo in iudicio. et subito ex timore to- tus factus fuit canis. id est albus. Hic stimulo paulus fuit conuersus. quod quando Christus sibi dixit Saule saule durum est tibi contra stimulum calci- trare. Actus. ix. Qui Christus ostendit se. ut dicit glossa. sicut stabit in iudicio. Paulus statim tre- mens ac stupens dixit. Dne quid vis me facere De isto ergo iudicio cogitate: dicendo. videam si ego modo morerer quid esset de anima mea quia tam mala vitam teneo etc. Circa predicta nota quod sanctus Thomas. iij. parte. q. lviij. ar. vi. in solu- tione ad tertium dicit. quod Paulus in sua puerione vidit Christum corporaliter. Quartus stimulus est maior alius. scilicet amor spiritualis virens. Quia ea que

quis facit: facit ex charitate dei et primi. solo puro amore facit. dato quod non esset infernus nec aliquid alia pena. sed sicut philocapti qui stulto amo- re perdunt somnum et potum et cibum. Sic etiam de illis qui sunt ita philocapti de deo quod amore eius perdunt somnum vigilando in omnibus perdunt cibum et potum ieiunando. et laborant per bona opera Hic stimulo purgebant apostoli et Christi discipuli quia non timore. Nam perfecta charitas mittit for- tis timorem. imo exponebat se periculis et aduer- sitatibus predicando fidem Christi in honorem dei et saluationem animarum dicentes. Caritas dei vult nos. ij. ad cor. v. De isto stimulo dicit au- thoritas sacre scripture. Qui tenet aratrum. et qui gloriam in iaculo. stimulo boues agitat. et couersat in operibus eorum. Eccli. xxxvij. Nota qui tenet aratrum. Aratrum est lingua predica- toris arans terram conscientiarum ut faciat fructum puocando superbum ad humilitatem. avarum ad misericordiam et liberalitatem. et Christus tenet eam in manu sua quia alius nullus posset fructuose predicare. hominis est animam preparare. scilicet legendo. studendo. contemplanando. et domini est gubernare linguam. Prover. xvj. scilicet predicando. Item qui gloriam in iaculo. scilicet virga que est scriptu- ra. Et sumit per auctoritatem seu potestatem regali. et ideo dicit. Consurgat virga de israel et pasciet duces moab. Numeri. xxij. Nullus rex potest gloriari iaculo. quia vicem gerentes et officiales Christi soli sunt: nisi solus dominus Iesus Christus qui habet auctoritatem et potestatem regalem. Qui stimulo sui amoris boues agitat. scilicet potentes in potentia et scientia perfectos quia oues. id est simplices tribus primis sti- mulis agitantur.

Dominica in sexagesima. Sermo. iij.

Qui seminare se

minare semen suum. Luce. viij. In pre- senti sermone cogitavi tenere modum quem te- nent isti magistri domorum (notabilis sermo) quando volunt edificare vnam magnam domum seu turrum. primo ponunt fundamentum forte taliter quod edificium non potest cadere vento vel pluuia nec terremoto. deinde edificant came- ras ad habitandum. Sic volo facere nunc in isto sermone. primo ponam fundamentum. et forte plus quam celum nec terra. scilicet verbum dei. id est hystoriam euangelij. de quo dicit Christus. celum et terra transibunt. verba autem mea non transibunt Luc. xxi. Et posito isto fundamento edifica- bo plures cameras. scilicet intelligentias spirituales in quibus habitent anime nostre contemplan- do. Dicat breuiter hystoria euangelij ad litteram

De amore fidelis erga deum.

De predatore.

ut iumentum factus sum apud te.

De raptu pauli

De stimulo pauli.

De ludo taxilloz. De predatore sacre scripture.

De timore iudicij. De paulo et sua puerione vidit Christum corporaliter.

Dñica in sexagesima

Ecce fundamentū positū de quo apostolus p̄ma 1 Cor. iij. Fundamentū aliud nemo potest ponere p̄ter id quod positū est. quod est Christus iesus. glo. Fides iesu xpi. Super isto fundamento edificabo tres cameras. i. tres intelligentias spirituales pro animabus nostris. Prima vocat anagogia. i. supernatural. que est de mundiali creatione.

Secunda vocatur allegoria vel figuralis que est de humana redemptione.

Tercia vocatur tropologia vel moralis que est de euāgelica predicatione.

Dico primo quod prima camera vocatur anagogia. ab ana quod est sursum. et goge ductio. i. sursum ducens. quod est quando facta vel dicta in sacra scriptura exponuntur de his que spectamus in celesti gloria. Dicit autem prima pars euāgelij. Exiit qui etc. Nota exiit de mundi creatione. Creare potest dici seminare. Ratio. quoniam sicut agricola seminans semina per diuersos sulcos vel agros siue areas: mittit semen suum. sic et deus. Logica quod totus mundus sit quasi vnus campus quem deus seminavit proprio sanguine non de alieno. Et primo seminavit in celo nouem sulcos. id est. nouem ordines angelorum de puro semine. scilicet substantijs spiritualibus. primus sulcus qui est in ingressu celi empirei vocatur angelorum. secundus archangelorum. tertius principatum. quartus potestatum. quintus virtutum. sextus dominationum. septimus thronorum. octauus cherubin. nonus seraphin. Et in quolibet sunt tot milia milium. Deinde descendendo seminavit celum crystallinum. quod alias dicitur aqueum. a philosophis vero vocatur primum mobile. in quo non sunt stelle. Deinde descendendo in sulco firmamenti seminavit stellas. scilicet solem lunam etc. Item descendendo seminavit elementa pura. scilicet ignem cum suis qualitatibus. aerem cum aëribus. aquam cum piscibus. terram cum animalibus. plantis. et herbis. fontibus et metallis. Ecce quod create dicitur seminare. Et possumus dicere. Domine. nonne. i. imo. certe. bonum semine seminasti in agro tuo. Matthei. xij. De hoc dicitur thema. Exiit qui seminavit seminare semine suum non semine alienum. Et iste est intellectus anagogicus. id est. supernaturalis. Nota cum dicit. Exiit seminare. supple deus creator. Sed vnde exiit. Querunt alij vbi habitabat de ante mundi creationem. Responsio. quod ante mundi creationem habitabat de in secretissima camera eternitatis sue in qua etiam habitat modo. vbi sunt pater filius et spiritus sanctus. que est camera maior celo et terra et toto mundo. nec pro se creauit mundum

sed pro nobis ad habitandum. De habitatione autem dei dicit propheta Isa. lvij. Dominus excelsus et sublimis habitans eternitate. vbi erat secretus et inuisibilis et incognitus ab omni creatura. Ideo propheta. Vere tu es deus absconditus. deus israel saluator. Isa. xlv. Exiit autem de camera eternitatis in creatione mundiali. non dimittendo eternitatem. sed dicitur exire manifestando se. faciendo se cognoscibile per creaturas. sicut dicit propheta quod virtus exiit ad extra per operationem. ut patet in ferro ignito si tangatur. et radix dicitur exire extra per germinationem quam in tempore veris exeunt flores etc. tamen non radix nec arbor mouet se de eodem loco. Sic radix diuinitatis exiit ad extra ad ramos. i. ad creaturas per quas cognoscitur et manifestatur tanquam per effectus etc. Auctentia. Inuisibilia dei a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur sempiterna que eius virtus. ita ut sint inexcusabiles. ad Roma. i. Nota inuisibilia dei. scilicet potentia. sapientia. diuinitas. maiestas etc. Ecce quare dicit Exiit etc. Sed nota cum dicitur quod quatuor partes facte sunt de semine. quia aliud cecidit secus viam et conculcatum est. et volucres celi comederunt illud. Hoc semen fuit lucifer cum suis sequacibus. i. malis angelis. quod cecidit secus viam. i. deum qui dicit. ego sum via Job. xiiij. Dic practice casum suum. Qui cum videret se super omnes creaturas excellentiores secundum Gregorium voluit se deo parificari et suum peccatum reuelauit omnibus angelis. et multi sibi consenserunt de quolibet ordine. boni autem. i. michael gabriel etc. cum alijs contradixerunt propter quod lucifer cum suis cecidit de celo in infernum. Lucius dixit propheta. Quomodo cecidisti de celo lucifer qui mane oriebaris. corruisti in terram. Isa. xliij. Vnde sequitur in euāgelio. Et conculcatum est scilicet a bonis angelis contradicentibus. ipsum cum suis sequacibus de celo eiciens. Et volucres celi id est super elationes cordis comederunt illud id est destruxerunt irrepabiliter. inter quod passio christi nihil eis profecit. Aliud cecidit super petram et ortum aruit quia non habebat humorem. hec pars fuerunt primi pentes. i. adam et eua. hoc semen cecidit supra petram. i. obedientie comedentes de fructu vitæ. Et natum aruit. quia dicunt doctores quod ad eam diem qua natus est de matre virgine. i. terra. que nodum fuerat corrupta alio peccato aruit. i. peccauit. quod non habebat humorem. scilicet gratie dei nec charitatis nec deuotionis que viuificant animam rationalem. Aliud cecidit inter spinas et simul exorte spine suffocabunt illud. hoc semen fuit totum genus humanum ab adam descendens. quod cecidit inter spinas. i. penarum penalitatum et multarum

Ad eam diem quod natus est. perant. De quolibet ordine nihil gesserunt. luciferi. qui sit in eo reuertit. quibus per se nihil profecit.

Sermo III

De casu luciferi.

tribulationum miserarum necessitatum et infirmitatum. et simul exorte spine suffocauerunt illud. scilicet per mortem corporalem. que totum suffocat. Secus si adam non peccasset. Aliud cecidit in terram bonam et ortum fecit fructum centuplum. scilicet angeli boni qui steterunt fortiter. Qui post casum malorum angelorum ceciderunt coram deo per veram obedientiam: dicentes. Non est equum quod creatura equiparetur creatori. Et ortum fecit fructum centuplum. i. glorie confirmate. quia sicut mali angeli fuerunt humiliati. ita boni fuerunt exaltati et per gratiam confirmati. Auertitas. Superbum sequitur humilitas et humilem spiritu suscipiet gloria. Pro. xxix. Nota superbum. i. luciferum sequitur humilitas et deiectione. et humilem spiritu suscipiet gloria. scilicet michael. Ecce hic prima camera per personam speculatiuis et contemplatiuis. Secunda camera vocatur allegoria seu figuralis. que est de humana redemptione. Dicitur allegoria ab aleon quod est alienus. et goge sententia. quasi aliena sententia. quando vnus factum significat aliud credendum in sancta fide catholica. et exponit de deo. Lum ergo dicit. Exiit qui seminavit etc. allegorice potest exponi de incarnatione filij dei que potest dici seminare. Nota sicut ille qui seminat intendit multiplicare et fructum habere. propter quod eligit terram bonam non spinosam vel arenosam nec petrosam. Sic fecit deus pater in filij sui incarnatione quia licet in mundo fuissent multe mulieres sancte. tamen vltra quinque milia annorum spectauit terram bonam dignam et sanctam. i. virginem Mariam optime cultam. in qua nunquam fuit mala herba peccati in qua seminavit illud super benedictum semen. de quo Luca. viij. Semen est verbum dei quod verbum caro factum est. Job. i. ut multiplicaret et fructum faceret inestimabilem sanctarum personarum. quot apostoli. discipuli. innumerabiles martyres. doctores. confessores. virgines. innocentes. penitentes et continent. Ecce ratio quare filij dei incarnatio dicitur seminare. Auctas. Simile est regnum celorum homini qui seminavit bonum semen in agro suo. Matthei. xij. Nota in agro suo. scilicet virgine maria. que semper fuit ager dei. Ideo dicit spiritus sanctus. Lora pulchra es amica mea. tota pulchra es. et macula non est in te. Lanticoz. iij. Dicit ergo euāgelium. Exiit scilicet deus pater. pro quo sciendum quod deus pater a principio mundi vsque ad filij sui incarnationem habitauit in domo rigoris iusticie clausus. in qua habitauit vltra quinque milia annos seruans iusticiam rigorosam. intantum quod furto illius fructus quod fecit Adam fuit ita

rigorosus in iusticia quod nunquam permisit quod aliam persona humana quantumcumque bona sancta et amica sua intraret paradisum. Patet primo de adam qui post peccatum fecit magnam penitentiam quod diu vixit. scilicet nongentis. xxx. annis. Genes. v. et fuit mortuus bonus et sanctus amicus dei. etiam Eua. tamen non permisit eos intrare in paradisum. imo descendit ad infernum. Idem de Noe qui seruauit deo nongentis et quinquaginta annis. Genes. ix. et sic de alijs. Quod plangens David dicebat. Quis est homo qui viuuit et non videt mortem etc. quasi diceret nullus. imo erat intantum rigorosus quod statim post peccatum vindicauit se de peccatoribus. ut patet in diluio Genes. viij. Item de sodoma et gomorra. Genes. xix. Item vitulo in deserto et de multis alijs etc. Sed in superbenedicta incarnatione filij sui deus pater exiit de castro rigoris iusticie et intrauit plateam latam dulcoris misericordie. Quia modo si moriuntur pueri nouiter baptizati statim recipit eos in paradisum. et inueniunt ianuam apertam. licet non fecerunt aliquod bonum. Idem de perferente obedientibus. Idem de digne penitentibus quantumcumque fuerunt magni peccatores. Item spectat modo ad penam dicentis. Penitentiam agite. Matthei. iij. Ecce quomodo exiit deus pater de castro iusticie seminare semine suum Iesum in agro vteri virginis. Sed nota quod hoc semen cecidit quadrupliciter. Primo cecidit secus viam. scilicet in naturalitate. quia noluit nasci in palatio vel domo. sed secus viam. scilicet in uerficio seu stabulo. Dic quomodo Ioseph cum virgine grauida venit in bethleem nec inuenit hospitium nec domum nec hospitale in quo reciperetur. Vide hoc in sermone natiuitatis. Sequitur. Et conculcatum est. id est. despectum a iudeis. qui licet audierunt tota mirabilia natiuitatis dei. claritate noctis etc. tamen timore herodis noluerunt ipsum recipere nec adorare. Iohannis dicit in persona Christi Iesie. i. Audite celum auribus percipite terra. quoniam dominus locus est. Filios enutriui et exaltaui: ipsi autem spreuerunt me. Lognouit bos possessorem suum et asinus propepe domini sui. israel autem me non cognouit. Et volucres celi comederunt illud. scilicet reges orientis. qui quasi aues cito uenerunt. et ipsum suppliciter adorauerunt. et cordi aliter susceperunt tanquam deum creatorem et saluatorem mundi. Secundo cecidit supra petram. scilicet in sua conuersione. quia iudei uoluerunt ipsum pluries lapidare. maxime quando predicabat eis de sua eternitate: dicentis. Amen amen dico uobis quod ab hanc hanc fiet ego sum. Ioh. viij.

ubi dicitur de ante mundum etc.

Tulerunt lapides etc. Et natū scz in cordib⁹
iudeoz quando incepit pdicare crediderunt
in eum: dicentes. Hic est heres. Abathe. xxi.
Sed aruit. quia nō habuerūt humorē deuo/
tionis quia non fecit ipsos magnos dños et
magistros vt ipsi false expectabāt de messia.
Tercio cecidit inter spinas. s. in sua passione
quando fuit coronatus corona spinarū in do
mo pilati et in cruce iuxta pphetiam salomo
nis que fuit tunc completa. Ego sicut lilium
inter spinas. Et sic tandē spinosis doloribus
suffocātū est. s. per mortē. Quarto cecidit in
terraz bonā. s. in sua tumulatione qñ corpus
fuit positū in sancto sepulcro. anima vero in
lymbo sanctorū patrū. Et ortū. s. in resurgen
do fecit fructū centuplū. s. sanctorū patrū libe
rationem et nostrā redemptionē. Et fuit cō/
pletum verbū qd̄ xp̄us dixerat. Amen amen
dico vobis. nisi granū frumētī cadens in ter
ram mortuum fuerit. ipsum solum manet. Si
autē mortuū fuerit multū fructū affert. Job.
xij. Nota qd̄ xp̄s se comparat grano frumētī.
ideo dicunt doctores qd̄ corpus xp̄i nō potest
confici nisi de pane frumenti. Nota ipsum so
lum manet. i. ipse solus fuisse saluus. Si autē
mortuū fuerit multū fructū affert. quia om̄s
credentes per mortem eius si voluerint salui
fient. Et hec est secunda camera p̄ psonis de
uotis que possunt in hac habitare contēplan
do quomodo deus exiit de domo iusticie in
plateam misericordie et seminavit filium etc.
Tercia camera vocat̄ tropologia vel mo
ralis. que est euangelicalis predicatio. Pre
dicare est recte seminare. Nota iam videtis
quō vita humana cōsruat̄ ex semine labora
torum quia als nō possem⁹ viuere. Sic etiaz
pdicare est seminare triticū de grano noui tes
tamenti. vel ordeū asperū de grano veteris
testamenti in agris conscientiarū nostrarum.
Sic em̄ cōseruat̄ vita spūalis et fides catho
lica. quia als iam vita spūalis et fides essent
despecte et perditē. Auctoritas. Nisi dñs ex
ercitūū reliquisset nobis semē quasi sodoma
fuissemus. et quasi gomorra similes essemus
Isaie p̄mo. Et ad istum intellectū dicit text⁹
euangelij. Exiit qui seminat. scz predicator.
Nota et vnde exiit. Responso. de studio seu
cella. vbi debet esse clausus. studēdo. pensan
do et ruminando. perquirendo semen in gra
narijs dñi. s. auctoritates. figuras. similitudi
nes et parabolas. Quoniā pdicator qui vult
pdicare fructuose nō debet ire visitando illū
vel illum nec ponere se in negocijs. als non
poterit predicare nisi fabulas nec facit fructū
immo dicitis vos. Iste tā bene dicit. et ma

le facit. ideo hodie p̄uertuntur pauci nostris
predicationib⁹. Ecce quare dixit exiit. scz pre
dicator de studio. seminare semen suū. scilicet
chasti. nō alienū. scz Quidij vel Virgilij. nec
hominū damnatorū. Semen christi est biblia
vetus et nouū testamentū. hoc est semen qd̄
facit fructū deuotiōis. amoris. charitatis. pe
nitentię et saluatiōis. Jō dicit chastus. Qui
habet sermonē mēū: loquatur sermonem me
um vere. quid paleis ad triticum. dicit dñs.
Nunquid nō verba mea sunt quasi ignis ar
dens et quasi malleus p̄terens petram. Hiere
mie. xxiij. Nota quid paleis. id est. dicta poe
tarū ad triticum scripture sacre cōmiscendo.
licet qñq; raro possit allegari aliqua auctori
tas poetarū ad p̄positū. S; facere totū ser
monem de dictis vel factis poetarum hoc est
malū. Apostolus paulus predicauit triginta
septē annis. et nō legitur allegasse auctori
tes poetarū nisi ter. Ecce quare dicit semē su
um. De hac dabo vobis vnam p̄cordantiam
ad p̄positum loquēs de pdicatorib⁹ dicens.
Euntes ibant et flebāt mittentes semina sua.
Venientes autē venient cum exultatiōe portā
tes manipulos suos. ps. cxxij. Nota euntes
ibant quia predicator duob⁹ modis debet ire
ad predicandū. scz spiritualiter et corporaliter
Primo spiritualiter crescendo in deuotione.
p̄templatione. predicatione et seruoze spiritus
de die in diē. de mense in mensem. de anno in
annum. semper augmentando et meliorando
Ideo dicit euntes. scilicet spiritualiter ibant.
Secundo corporaliter de loco ad locum. de
villa ad villā etc. non stare in vno loco. Ideo
dixit christus p̄mis pdicationibus. Euntes in
mundum vniuersum predicate euangelium
om̄i creature. Marc. vi. Nota pdicate euā
gelium. non dicit Quidium nec Virgilium.
Apostolus assignat rationē dicens. Non eru
desco euangelium. virtus enim dei est in salu
tem omni credenti. Rom. i. Nota et flebant. qz
predicator debet flere rigando agrum semina
tum vt faciat fructum. sicut vos facitis de a
gris irriguis orando pro eis deuore cum la
chrymis. Nota mittentes semina sua. scilz au
toritates figuras similitudines de veteri et
nouo testamētis. Nota venientes. scz ad glo
riā aie in die obit⁹ veniēt supple ad gl̄iam cor
poris i die iudicij cū exultatiōe. qñ sc̄i pdica
tores veniūt ad diē iudicij cū magno gaudio
et cū magno honore ducentes secū sub bāne
rio suo om̄s illos q̄s p̄uerterūt ad xp̄m cū suis
pdicatorib⁹. Dic̄ Bre. i. omel. q. tūc veniet pe
tr̄ cū iudea. Jobes cū asia. Abathe⁹ cū ethi
opia et sic de alijs sc̄is apl̄is et pdicatoribus

Paulus pdicant:
Hydra. 10. 1. 1. 1.

Qualis honor est baronibus qñ sub bānerio
suo habent plures gētes armorū. idem tūc de
sanctis pdicatorib⁹. Tūc dicit illi q̄ fuerūt cō
uersi regratiātes deo et predicatori. Petre
et paulo ego erā infidelis etc. p̄pter vestras
pdicationes fui p̄uersus. Idem dicent beato
Dominico et suis sequacib⁹. petro. thome. vi
centio et oib⁹ eiusdeꝝ ordinis predicatorib⁹ q̄
suis predicationib⁹ cōuertī fecerint pctōres a
vīs pessimis. Ego erā heretic⁹ vel superbus
per vos fui humiliat⁹ etc. Sed nota qd̄ de se
mine predicationis fiunt q̄tuor partes. Pri
ma pars cecidit secus viam qñ sunt aliq̄ per
sone q̄ habent cor apertū ad om̄s cogitatōes
quasi si cor esset via publica. Et qñ tales au
diūt verbū predicationis recipiūt in corde bo
nū p̄positū bene viuendi et cauendi de cetero
a pctis. S; hoc semē p̄culcat a demonib⁹ et a
transeuntib⁹ cogitationib⁹ rationib⁹ seu opi
nionib⁹ falsis. verbi gr̄a. Quī predicator semi
nat: qñ vsura est magnū pctm̄ mortale etc. qz
est p̄tra p̄ceptū dei et p̄tra ordinationē ecclie
vsurarius pponit restituere et abstinere de ce
teroz viuere de bono iusto. S; hoc semē con
culcat a trāseūtibus cogitationib⁹ per cor di
cens. bene pones in testamēto et fili⁹ tuus fa
ciet restitutionez. Stulte et tu fecisti pctm̄ et
non sufficit tibi cor faciendi restitutionē. quō
credis qd̄ filius etc. Idem dicit de alia cogita
tione. Si tu vis restituere et abstinere ab vsu
ris de quo viues. de quo tenebis statutū. qd̄
dimittes filijs. de quo maritabis filias. Ideo
oportet claudere cor ad oēm cogitationem et
rationē in oppositū transeuntē. Idem de mu
lieribus vanis qñ audiūt a predicatorib⁹ quā
tuz peccatū est facere illas vanitates et supflui
tates pponunt decetero abstinere vt saluen
tur. S; hoc semē statim p̄culcatur a demone
et cogitationib⁹ transeuntib⁹ dicens. Tu ha
bes virū iuuenē luxuriosum et non tu: facias
etc. et sic dimittūt bonū p̄positū. S; hec ratio
est fallia. qz vos non facitis ista ratione viri.
patet qz qñ intra domū estis non estis ornate
s; qñ debetis exire domū nescitis qbus orna
mentis vos ornare velitis. Ideo patet qd̄ nō
pro viro sed pro alio facit̄ illud. propter hoc
dicit xp̄s. deinde venit diabolus et tollit ver
bum de corde eorum ne credentes salui fiant
Aliud cecidit supra petram. scilicet duram et
frigidam indeuotionis. vt sunt persone que
nullā faciūt orationē de mane nec de sero. nec
faciūt p̄niam. nolūt remittere inimicis. nec fa
cere pacē. Ecce petra dura sine aliqua deuo
tione. Vel hoc vbi t̄git dños et rectores cō
munitatū q̄ cū audiūt verbū pdicationis. di

centes qd̄ deberēt facere bonas ordinatōes p̄
cōseruatōe cōitatis et corrigere pctā notoria
cū gaudio suscipiunt illud. s. natū aruit quia
non habebat humorē. s. amoris. cōitatis. nec
timoris dei. ideo nihil execunt̄. ideo aruit ex
timore et miscōia malarū psonaz. Sed mori
p̄ honore dei et rei publice ad beatitudinem
inducit. iuxta verbū xp̄i dicentis. Beati qui
p̄secutionē patiunt̄ p̄pter iusticiam. quoniā
ipsoꝝ est regnuz celoz. Abathe. v. Aliud ceci
dit inter spinas. Xps exponit qd̄ iste spine sūt
solicitudines auaricie. q̄ nimis pungunt men
tes auaroz quō congregabunt vt ditentur.
Nota quō diuitie acquirunt̄ cū labore. possi
dentur cū timore. amittunt̄ cum dolore. Iste
sunt spine que suffocant verbū dei. nō solum
in laicis. sed etiā in ecclesiasticis facientibus
symonias. Nota contra defectus qui fiunt in
missis sc̄i amatoꝝ. aliud cecidit in terrā bo
nam. s. in corde bono et optimo scz humili et
deuoto. Et facit fructum centuplū seruando
decē p̄cepta. quia decies decē sunt centum.
et qñ tales trāseunt de hoc mundo ascēdūt
vsq; ad decimū celū in gl̄ia. Ad qd̄ etc.

Domínica in quinquagesima.

Sermo .j.

Hnis plebs vt vi

dit dedit laudē deo. Luc. xvij. Tria
sunt opa dei p̄pter que deus est maxime lau
dandus ab omnib⁹ nobis. et de his tribus et
de quolibet ipsoꝝ loquit̄ thema. Hnis plebs
vt vidit etc. Loco et capitulo vbi supra dixi.
Et hec tria tangunt̄ p̄ ordinē in euāgelio ho
dierno. s. laudare et bñdicere etc.

Primū est mundanalis redemptio.

Secūm est humanalis cōuersio.

Tercū est celestialis saluatio.

Dico p̄mo qd̄ p̄sone mundane in hoc mundo
debent deū gl̄osificare rōne humane redem
ptionis quā fecit de humano genere. Et be
ne dicitur redemptio vniuersalis seu munda
nalis. Nam omnes vniuersaliter redemit. et
p̄ omnibus abundantissime soluit precium.
Et oēs illi qui ista redēptione volunt vti. h̄
credendo et obediēdo possunt saluari. Et de
ista vniuersali redēptione loquit̄ apostol⁹
dicens. Unus est mediator dei et hominum.
homo xp̄s iesus. qui dedit redemptionez se/
metipsum p̄ omnibus. i. ad Thimo. ij. Et ex
isto opere deus est laudandus benedicēdus
et gl̄osificandus. Nam tu vehemēter lauda
res qd̄ te captū et vinculatū liberaret de posse
infidelium. soluens p̄ te etc. et ratio esset et lau
dis cōgruentia. Ita est de dño Iesu chasto.

deret. Et dum transiret cecus quidā sedebat secus viā mendicās. quesiuit que gētes esset ille q̄ transibāt ⁊ fuit sibi dictū q̄ Iesus de nazareth transibat: qui statim cepit clamare dicens. Iesu fili dauid miserere mei. ⁊ dicit text⁹ q̄ qui p̄ceibant increpabant eum vt taceret. **A**phystice iste cecus secus viam est xpianus existens in peccatō mortali qui non est in via. quia deberet ire per viam humilitatis. et ipse vadit per viam supbie. ⁊ sic de alijs. Infideles vero non sunt secus viam. s̄ longe e via. **Q**uā autē pctōr. i. ccc.⁹ reducit se ad vias. id est. ad xpm. qui de se dicit. Ego sum via vitas ⁊ vita. et incipit clamare dicens. Iesu fili dauid miserere mei. statim rephendit. Iste defectus est hodie in mūdo. Quādiu hō est sec⁹ viā. s̄. in pctis mēdicās mūdānaz t̄palia. nullus curat ipm rephendere s̄ magis applaudent sibi. **S**z si dat se deuotioni ⁊ bone vite: factum est statim rephendit et redarguit. Verbi gr̄a. si sit aliqs religiosus bñ dissolut⁹ iste talis a nullo rephendit imo cōmendat. s̄ si cōuertit ad deū ⁊ vult tenere bonā vitā tunc dicit. moratur: intm̄ q̄ nō pmittūt eū viuere. vel dolēt de eius vita. Idem de clerico existente secus viam mendicans bona tēporalia p̄endas et alia bñficia. iste talis a nullo rephendit. imo cōmendat. s̄ si vult redire ad vias. s̄. ad xpm factū est de illo. Idem de laico vsurario latrone homicida lenone. tales a nullo rephēdūt. imo cōmendant. Sed si facit restitutionem ⁊ venit de mala vita ad viā bonā seu ad vitam bonā. factū est. talis non potest viuere. Et q̄ fort⁹ est dicit text⁹. Et q̄ p̄bant. nō dicit qui sequebant vel comitabant. s̄ qui p̄bant. qz maiores in scia dignitate ⁊ officio sunt primi ad rephēdēdū eos: q̄ vellēt q̄ oēs irēt ad infernū cū eis. De h̄ beat⁹ Hieronym⁹ fecit planctum dicens in secūdo p̄logo Job vel in argumēto. Si autē fuscillā iūco texerēt aut palmarū folia cōplicarēt vt in sudore vultus mei comederem panem. ⁊ v̄tris op⁹ sollicita mēte tractarēt. null⁹ morderet. nemo rephēderet. **N**ūc autē qz iuxta sniam saluatoris volo operari cibum qui non perit. ⁊ sequitur. Salsari⁹ vocoz scz a maioribus ⁊ doctozibus ⁊ mḡis. Ideo christus de talibus dicit. Si de mundo fuisset. mundus qd suum est diligeret. nunc vero qz de mundo nō estis. s̄ ego elegi vos de mūdo: p̄pterea odit vos mundus. Job. xv. S̄ exemplo ceci qui q̄to magis increpabatur tāto magis clamabat. ad iesum est clamandum. Ideo beatus pet⁹ apostolus dicit. Si exprobramini in noie xpi bñi eritis. s̄. pe. iij. **T**ercū op⁹ de q̄ marie deus est. laudādus est ce-

lestialis saluatio. **R**ō. Nam precipue laudabilis est gubernator nauis cū p̄ maria discrimina nauē ducit tandē ad portū salutis. Sic etiaz de gubernatore ⁊ creatura cum est inter pericula hui⁹ mundi. scz inimicōz demonum ⁊ malarū inclinationū. tandē p̄ducit eam ad portum paradisi. **T**ūc laudādus est proprie maxie. **I**ō dauid fecit de h̄ vñū psalmū dicens. Laudate dñm de celis. nō dicit de terr⁹ qz adhuc sunt in periculo. s̄ de celis. quia sunt extra piculū. **H**ec celestis saluatio oñditur in tertia pte euangeliū cum dñ. Stans autē iesus iussit eum duci ad se ⁊ dixit. Quid tibi vis faciam. At ille ait. dñe vt videam. At illi. Respice. fides tua te saluū fecit. Et p̄festim vidit et sequebat̄ illuz magnificās deum. Et omis plebs v̄ridit dedit laudē deo. **N**ota qd tibi vis faciā. qz multe sunt misericordie. **R**ūdīt cecus. dñe vt videā. Dixit illi iesus. Respice. fides tua saluum te fecit. ⁊ p̄festim vidit et sequebat̄ eū. **N**ota q̄ iste fuit de societate christi. **N**ota etiā fides tua te saluū fecit ⁊ p̄festim vidit qz saluatio stat in visione xpi. **H**ec est vita eterna vt cognoscāt te. scz esse solū verum deū ⁊ quē misisti iesum xpm. **I**ō. xvij. **Q**uā vita eterna. scz saluatio nra p̄sistit in visione diuine essentie. in q̄ plurimis tenet locis sanct⁹ **T**ho. vt p̄mo sc̄p. dil. s̄. q. s̄. ar. s̄. i. z. iij. dil. xlix. q. s̄. ar. s̄. q. s̄. z. ar. ij. q. s̄. **I**te. s̄. ij. q. iij. ar. iij. z. viij. ⁊ idēz sentit in plerisq̄ alijs locis. **Q**uestio iste hec bona. **Q**uare christ⁹ attribuit saluationem virtuti fidei dicendo. Fides tua te saluum fecit. cum fides sine operibus non saluet hominem. **A**uctoritas. **Q**uid p̄derit fratres mei si fidem dicat quis se habere. opera autem non habeat. **N**ūquid poterit fides saluare eum. Sicut em̄ corp⁹ sine spiritu mortuum est. ita et fides sine operibus mortua est. **I**ac. ij. **R**ūso. q̄ fides est fundamētū oīm alioz bonozū ⁊ virtutū radix. si corde ⁊ ore simplicit̄ ac sollicit̄ teneat. Sicut arbor a te plantata in orto tuo facit truncū ⁊ post ramos flores ⁊ fruct⁹. ⁊ originalit̄ oia ista p̄cedūt de radice. sic etiā fides est vt radix plātata in orto cordis. deinde mittit truncū. s̄. charitatē. faciēns ramos. s̄. virtutū. ⁊ flores ⁊ folia bonozū operū. qz fides p̄ charitatē opat̄. ad Gal. v. **E**t post facit fructus gl̄ie in paradiso. s̄ radix riganda est ne moriat̄. **E**t rigatur radix fidei mane ⁊ sero dicendo. **E**redo in deū. **E**t quē admodū ortus rigatur per. xij. tabulas. ita fides per. xij. articulos dicēda est q̄tidie sero et mane cū p̄testatiōe. **E**t iō dñ. Si p̄fitearis in ore tuo dñm Iesū xpm. ⁊ in corde tuo credideris saluus eris. ad Ro. x. **D**eo gratias.

Sermo. ij.

Uinc manent fi

n des spes charitas tria h. j. ad Cor. xij. **H**oster sermo erit de virtutib⁹ theologiacis p̄ bona instructiōe nra ⁊ vtilitate mortuoz: s̄ p̄mo salutē virgo maria. **V**erbū p̄positū est declarandū fm̄ duplicē intellectū. scz p̄p̄riū ⁊ l̄ralem. et appropriatū morale et spūalē. **E**t p̄mus erit pro viuuis. secūdu⁹ pro mortuis. **P**rim⁹ erit pro introductiōe. secūdu⁹ pro p̄secutiōe. **P**ro p̄mo sciendū q̄ in hac vita sūme sunt necessarie iste tres virtutes theologice. fides. spes. charitas p̄ eundo ad paradisu⁹ **R**ano. quia cuiuslibet viatorū ascensuro ad castrū alre sni tria sunt necessaria **P**rimo respectus visualis. **S**ecundo audacia cordialis **T**ercio duratio fortitudinis. **D**ico p̄mo rē. scz respectus visualis. **N**am requirit̄ si vis securi⁹ ire vt locū ad quem tendis siue terminū cognoscas. **A**modo clarum est q̄ totū tēpus vite nostre in hoc mundo nō est nisi vna via per quā vadim⁹ ascendendo ad castrū altissimū celi empirei. **I**ō indiget his trib⁹. que sunt respect⁹ visualis. audacia cordialis. et duratio fortitudinis. que habet̄ per tres virtutes. scz fidem spem ⁊ charitatē. **E**t ex hoc poteris cognoscere veritatē vel necessitatē istarū triū virtutū. **E**t per fidē videmus finē seu terminū vie nostre. scz celū beatorū. **N**ūc em̄ iste termin⁹ fuit cognitus per intellectū naturalē p̄hoz. **D**e hoc pulcre loq̄tur sanctus **T**ho. p̄ma pte. q. s̄. ar. s̄. ostēdens necessitatē doctrine sacre vltra philosophicas disciplinas. eo q̄ ordinati sum⁹ diuinit⁹ ad finē sup̄naturalē transcendentē naturalem nostrā apprehensionē. **L**icet em̄ per motum phi habuerūt cognitionē de celo lune mercurij venis solis iouis saturni et celi stellarū. scz firmamenti et p̄mi mobilis. nō tñ potuerūt ascēdere vsq̄ ad celū empireuz. qd est immobile. et est locus iste beatorū ad quem ascēdimus. **E**t iste locus videt̄ a nobis solū per fidez. **E**t de isto loco loquit̄ apls dicens. **O**cul⁹ non vidit. nec auris audiuit. nec in cor hoīs ascēdit que preparauit deus his qui diligūt illum. nobis autē reuelauit deus per sp̄m suū. s̄. ad Lo. ij. **N**ota cū dicit oculus. scz intellect⁹ p̄hoz non vidit. quia nolebāt credere nisi illud qd videbāt oculo intellect⁹. scz p̄ certā demōstrationē. **N**ec aur⁹ audiuit. scz iudeoz. **M**oyses em̄ ⁊ alij p̄phete mltā miracula audierūt a deo. s̄ nūc̄ audierūt q̄ de⁹ p̄mitteret eis illū locū. **N**ec in cor hominis. scz infidelis ascendit que de⁹

preparauit rē. **E**cce quō fides est necessaria. scz ad videndū locū. **S**z modicū esset scire iocū beatitudinis nisi etiā scirem⁹ viā. iō nota/te tres vias quas etiam scimus per fidez. **E**t p̄ma via est de innocētia baptismali. et istam scimus per fidē et verbū xpi dicendo. **A**men amē dico vobis nisi quis renat⁹ fuerit denuo nō potest videre regnū dei. **J**oh. iij. **A**ffirmatiua est ⁊ negatiua. **S**ecūda via est digna penitētia. per istā habet̄ ire illi qui p̄diderūt primā viā. **D**igna p̄na est dolere de peccatis et cōfiteri cum p̄posito non redeundi. **I**sta via scit̄ per fidē ⁊ verbū xpi dicitis. **P**riam agite qm̄ appropinquat regnū celoꝝ. **A**th. iij. **T**ercia via est firma obediētia. hoc est viuere fm̄ dei ordinationē et non fm̄ p̄p̄riā inclinationē. fm̄ eius p̄cepta et non fm̄ sui p̄p̄riā sententiā. **H**ec etiā habet̄ per fidē et verbum christi dicitis. **S**i vis ad vitā ingredi serua christi dicitis. **S**i vis ad vitā ingredi serua mādata. **A**th. xix. **I**ō apls. **P**er fidē ambulam⁹. ij. ad Lo. q̄nto. **N**ota per fidē. scz videndo terminum. **D**ico secūdo necessariū est viatorū audacia cordialis vltra respectum visualē. scz non timere. nec p̄pter altitudinē loci debet quis dubitare quin possit ascēdere. s̄ recipere audaciā cordis. nec cōfidat de intellectu nec auxilio tuozū operū sed dei: dicens. **D**eus qui me de nihilo creauit. ⁊ redemit et nihil illū locū p̄cio sui sanguinis emit ⁊ me per baptismū mūdauit et sacramētoꝝ remedia ordinauit. ideo nō dubito quin illuc ascēdam. qz non pro se. quia icorpoꝝeus est. deus em̄ spūs est **J**oh. iij. s̄ pro me illum locū creauit tam pulcre ornatū. **N**am decoz dat spem. **I**deo dicit. **Q**ui sperant in dño mutabūt fortitudinē. assument pēnas sicut adle. currēt et non laborabūt. ambulabūt et non deficient. **I**saie. xl. **N**ota q̄ sperant in dño mutabūt fortitudinē. **Q**uia si añ in h̄ mūdo habuerūt fortitudinē corporalē ad ambulandū. saltandū ⁊ rē. mutabunt fortitudinē corpōis. scz in feruorem cordis. **S**i querat̄ et quō fiet. **R**ūdēt. assument pennas ⁊ rē. vbi ponit tres gradus bonarū personarū. **E**t p̄mus gradus est contemplatiuoz. **N**am isti assument pēnas adle seu alas. **D**ue ale sunt due spes vna de dei potētia. ⁊ alia de dei misericordia. **P**rima assumitur per p̄fidentia de dei potentia. scz q̄ potest nos facere equales angelis in gl̄ia. **S**ecūda assumit̄ p̄fidentia de dei misericordia qui non solum potest imo vult nos saluos facere **H**is duabus alis cōtemplatiui volāt ad paradisum. **S**ecundus gradus est actiuozū q̄ currēdo per magna opa misericordie et penitētie. festinat̄ cum magno ardore spūs currūt

ad paradysum. Tercius gradus est obedientiū cum dicit. Ambulabūt non deficiēt. scilz faciēdo illa ad que tenentur diligēter. In omnibus istis necessaria est virtus spei que dat feruorē cordialcm. Dico tercio q̄ necessariū est viatori ascendēti in altum duratio fortitudinis ne deficiat in medio. Hec autem duratio forti⁹ habet virtute charitatis. Nā charitas dat fortitudinē volūtati ne mutet ppositum: s̄ q̄ perseveret. Dat etiam fortitudinem contra temptationes diaboli et contra occasiones mundi et inclinationes carnis. Et ideo dicebat apostol⁹. Det vobis deus vt in charitate radicati et fundati possitis comprehendere cum omnib⁹ sanctis. suple gl̄iam dei. ad Eph. iij. Nota differentiam inter radicatus et fundatum. Sicut arbores quarum esse et viuere est in radice. Item fundati vt domus cuius esse permanere est a bono supposito et fundamēto. Radix est virtus charitatis dans humilitatē deuotionis essendi et viuendi spūaliter. et fundamentū essendi et permanēdi in eadē. Multi tamen sunt radicati per deuotionem. s̄ non sunt fundati. quia modico vento temptationis statim cadunt et eradicantur. sed si sunt fundati non timent. Ecce necessitas istarum virtutum in hoc mundo. Ideo dicit thema. Hunc scilicet in hoc mundo manēt fides spes charitas tria hec. Nota dicuntur theologicales ppter obiectū et propter causam. De pmo obiectū aliarū virtutū est res creata. qz obiectum humilitatis est despectus honorum. Obiectū castitatis est despectus luxurie. Obiectū misericordie est dispensare bona i pijs causis. et sic de alijs. S3 obiectū istarū triū virtutū est deus. qz deus est obiectū fidei. Quia si des nihil aliud est q̄ credere. nam deus dixit spes est sperare. quia de⁹ pmisit. Charitas autē est diligere deū ppter se et pprimuz ppter deū. Iterū secūdo dicunt theologicales ppter causam. Nam alias virtutes potest homo acq̄rere p se viuēdo moraliter: s̄ he tres non possunt haberi nisi a deo spūaliter infundant. Iō solū p istis orat ecclia dicēs. Omnipotēs sempiternē deus da nobis fidei spei et charitatis augmentū etc. Nota oportet aliquas virtutes esse theologicales ad acq̄rendū beatitudines supnaturalē. vt dicit sanctus Thomas. pma scōe. q. lxxij. ar. i. et iij. scripto. dif. xxij. q. i. ar. iij. q. iij. Et idē dicit in q̄stionib⁹ deputatis de virtutib⁹. q. i. ca. xij. Et vt dicit sanctus Thomas. Virtutes theologice dicunt. qz habent deū p obiecto. et quia a deo infundunt. et t̄m per reuelationē dei i sacra scriptura tradunt vt dicit sanctus Thomas ibi sup. pma scōe. q.

lxxij. ar. i. et iij. dif. xxij. q. i. ar. iij. q. iij. he enim virtutes habent idem pro obiecto et sine. scilz deum vt dicit sanctus Thomas quarto scripto. dif. xliij. q. i. ar. i. q. iij. scōm. iij. dif. ix. Et sūt tantū tres. scz fides. spes. charitas. pma scōe. q. lxxij. ar. iij. Secundo declaranduz est verbum thematis iuxta intellectuz appropriatum seu spiritualem. Pro quo sciendum q̄ in alio mundo secreta loca seu receptacula animarum ex hac vita decedentū sunt tria scz. Primus infern⁹ damnatorum. qui est locus inferior. vbi est fides solum sine charitate. Quomodo est fides in demonibus et quō non ostēdit sanctus Thomas scōa scōe. q. v. ar. ij. et q. xvij. ar. iij. ad scōm. et in tercio scripto. dif. xxij. q. iij. ar. iij. q. i. dif. xxvj. Secundus locus est purgandorum vbi est spes singulariter. Tercius locus est beatorum vbi est charitas excellenter. Dico pmo etc. q̄ in inferno non sit spes. Auctoritas. Abortiuo homine ipso nulla erit vltra spes. Prouerb. xj. Impenitens dicitur impius et crudelis. quia noluit liberare filiam regis. scilz animam propriam ab incendio cuius posset etc. ipso mortuo nulla erit spes vltra. scilz nec redemptionis. nec liberationis. nec etiam releuationis. sic exprimitur error aliquorū theologorū antiquorū et glosarū aliquarū iuristarū dicentū. q̄ licet in inferno nulla sit redēptio. tamen est ibi penarū alleviatio. Dat exemplū de illo q̄ portat siue gerit aliq̄ on⁹ graue. qui licet nō possit on⁹ dimittere. tamē iuuat et releuat dādo sibi ad comedendū vel bibendū. Ita vt dicūt illi est de onere aie dānate. q̄ licet non possit deponere onus penarum. potest tamē habere releuationē ex bonis que sūt hic a parētib⁹. etc. Hoc est falsū et erroneū et per ecclesiam reprobatū. Quia mortuo homine impio etc. imo dico vobis forti⁹ q̄ quāto plura sunt pro aliqua aia dānata. tanto magis pena augmentat. Declaret hoc p similitudinē de captiuo. q̄ portat on⁹ duruz captiuitatis. et parētes mittūt sibi p̄ciū redēptionis s̄ perdit in mari vel als. Et quando captiu⁹ scit. ille non solū non releuat imo magis dolo: est sibi et tristitia augmentat. nā sibi non pfuit illud p̄ciū Idē est de damnatis. Itē in inferno nō est nisi cōtrarietas et malignitas. quia pater odit filiū p quo fuit damnat⁹. et ecouerſo. vir contra vxorē et ecouerſo. et quāto hic fuerūt amores maiores. tanto magis est odiuz inter eos dicendo. In malignitate nostra cōsumpti sumus etc. Talia dixerunt in inferno hi qui peccauerūt. quoniā spes impij tanq̄ lanugo est q̄ a vento tollit et tanq̄ spuma gracilis que a

vento diffusa est. et tanq̄ memoria hospitis vnus dici pretercūtis. Sap. v. Nota hic arguentū in oppositū. nam diceret aliquis. videtur q̄ in inferno sit charitas. Nam dicit textus Luce. xvj. de illo diuite qui licet nullam haberet spem liberationis nec releuationis. quia nec guttam aque potuit obtinere. tamē orauit dicēs. Rogo te pater vt mittas lazary in domum patris mei. habeo enim quicquid fratres. vt testetur illis ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorū. Luc. xvj. videtur ergo q̄ illa petitio sit charitatis. Rūſio. q̄ in inferno nō est charitas. s̄ tota malignitas. Ad auctoritatē dico q̄ sicut in hoc mundo sunt focij in peccatis. sic in alio mundo erunt focij in penis. et sic peccando vnus animatur ab alio. quia multi cum mūdo timore peccāt q̄ solus vn⁹. pena maior est quando sunt plures. et quāto magis crescit numerus scōiorum tanto magis augmentatur pena. quia vnus cruciat alium Sicut de igne in quo tāto magis ponitur de lignis tanto magis augmentatur flāma et vnū lignuz incendit aliud. Ideo diues ille orauit nō ex charitate. s̄ timore ne sibi pena augmentaret in aduētū fratrum qui fuerunt focij sui in peccatis. Non ergo habent spem nec charitatem damnati sed habent fidem. Est enim fides in demonib⁹ coacta non laudabilis nec est donuz gratie. Dicit enim sanctus Thomas scōa scōe. q. v. ar. ij. in solutione ad tercium. hoc ipsum demonib⁹ displicet q̄ signa fidei sunt tam euidentia vt per ea credere compellatur. Et ideo in nullo minuitur eorum. malicia per hoc q̄ credūt. Item dicit sanctus Thomas scōa scōe. q. xvij. ar. iij. in solutione ad scōm. q̄ magis potest esse informis fides in damnatis q̄ spes. Quia Augustinus dicit in encheridion. Fides est malarū rerū et bonarū et preteritarū et p̄sentū et futurarū et suarū et alienarū. S3 spes non est nisi rerū bonarū futurarū ad se pertinentū. Et ideo magis potest esse fides informis in dānatis q̄ spes. quia bona diuina non sunt eis futura possibilis sed sunt eis absentia. Non est q̄ spes in dānatis: s̄ suo modo vel aliquo modo vt patuit fides informis quia dicit sanctus Tho. q̄ velint aut nolint habent credere ex euidentia facti quādo sentiunt penas et tormēta et vidēt gl̄iam beatorū: tūc credūt fidē xpianā esse verā. Et q̄ habēt fides. auctoritas. Tu credis qm vn⁹ est deus et bene facis. et demones credūt et cōtremiscūt Jac. ij. Nota cū dī. et cōtremiscūt. quoniā demones et aie dānate timent diē iudicij. Ratio Nam sicut miles capt⁹ in lata captione. si sciret tali die se inclusurū in angusta captōe ml-

tum timeret illum diem. Sic enim demones faciunt et anime damnate. quia modo habēt latam captione: s̄ in die iudicij recludentur in corporibus ignitis et fetidis. ideo ista ratione contremiscunt. et tu luxuriose superbe et auare habes fidem et non contremiscis de iudicio. Et ideo de inferno nūc potest dici. Absque net fides sola. Secundus est locus purgandorum. vbi habent spem singulariter. quia licet habeant fidem et charitatē. tamen singulariter habēt spem. scilicet felicitatis certissimā habent enim spem impermutabilem. scientes q̄ anima nō potest peccare. quia anima separata a corpore se firmat in gratia vt in culpa iuxta statuz in quo egreditur de corpore. Si in culpa egreditur tunc est impermutabilis. Iō semper durat pena. Declaratur per similitudinem de malo filio qui quando verberatur murmurat erigendo se. Sic et damnati quādo sentiunt flagella statim se erigunt contra deum. Sed illi de purgatorio decesserunt in gratia. ideo non possūt illam amittere. eo qz non possunt peccare. Et licet flagellentur. vt boni filij suscipiunt patienter. ita q̄ non possunt perdere gratiam. Auctoritas. Si ceciderit lignū ad austrū aut ad aquilonē. i quocūq̄ loco ceciderit ibi erit. Eccl. xj. Et in persona cuiuslibet illoz de purgatorio dicit dauid In pace in idipsum dormiam. scz per mortē et requiescā. s̄ fm corp⁹ in sepulcro. Quoniā tu dñe singulariter in spe constituisti me. ps. iij. Anima enim existens in purgatorio p̄stituta est in spe triplici rōne. scz habēdi gl̄iam paradisi. exaudi de purgatorio. et de adiutorio amicorū q̄ sibi pderunt suffragia. De purgatorio ergo potest dici thema sic. Nūc. s̄ i purgatorio: qz post diē iudicij non erit purgatorium. manet singulariter hec. scz spes. Tercius locus est beatorū. s̄ paradysus vbi non est fides. vt dicit sanctus Thomas. pma scōe. q. lxxvij. ar. iij. et v. et scōa scōe. q. xvij. ar. ij. Similiter nec in beatis est spes. vt dicit in codez articulo. sed pfecta charitas solū et excellenter. Fides autē habet defectū essentialiter sibi annexum. inq̄ntū est de non visis. sed in celo vident oia clare. Sicut nūc videm⁹ per speculū in enigmate. tūc autē facie ad faciē. pma ad Lozinth. xij. Nota videm⁹ nunc. ecce fides. tunc autē facie ad faciē. Spes etiam habz defectū essentialiter annexū. inquantū est de nō habitis. In celo autē oia desiderata habentur Nam dicit dauid. Satiabor cum apparuerit gloria tua. ps. xvj. Iō in paradiso fidei succedit scientia et clara visio. spei autē possessio sive cōprehensio. charitas autē nulluz habet

defectum essentialiter annexum. ideo enim in patria non euacuabitur vt dicit sanctus Thomas prima secunde. q. lxxvij. ar. vij. r. iij. dist. xxxi. q. ij. ar. ij. Unde dicitur. j. ad Cor. xij. Charitas nunq̄ excidet. scz per mortem bonorum: sed perficietur. iuxta illud quod posunt dicere electi siue beati. Deo in nobis manet et charitas eius in nobis perfecta est. j. Job iij. Nota cum dicitur. deus in nobis manet. scz per clarā visionem et possessionem. Ideo possumus sic intelligere thema. Nunc manet fides in inferno solum. spes in purgatorio singulariter. charitas in paradiso perfecte

Sermo. iij.

Ece ascēdimus

hierosolimā. Luce. xvij. Post sermo erit de ascensu ad paradisu. Materia erit utilis et bona: s̄ ante omnia saluetur virgo maria. Logitanti mihi tempus anni s̄m q̄ viuūt p̄sone mūdane magnā inuenio differentiā inter tempus carnale. qd̄ finit hodie. et quadragesime. qd̄ incipit cras. quia differunt sicut ascēsus et descensus volādi in altū et cadendi deorsum. Tempore em̄ carnali plures per maloz vitam descendunt. et non cōuertunt de peccatis. nec p̄sitent nec humiliant: s̄ faciunt supbias vanitates. et non curant de operibus misericordie. s̄ de auaricia. vsura. et de furtis. non curāt de castitate. sed bene de luxuria. nec curant de abstinentia. sed comedunt et bibunt gulose. Ideo est tempus descēdendi de peccato in peccatū: et per consequēs ad infernū. Ideo dicit. Tenent tympanū et cytharā. et gaudent ad sonitū organi Ducunt in bonis dies suos et in p̄c̄to ad inferna descendūt. Job. xxj. Nota cū dicit. Tenent. s̄ in tpe carnali tympanum r̄. Et ponit quattuor peccata in qb̄ includunt omnia alia peccata. Tympanū signat peccatum luxurie et carnalitatis. Mā primo tympanū est figure rotūde. nō em̄ est longū. Talis est p̄ditio persone luxuriose. Rotūda est quia semp vadit in circuitu querēdo p̄sonā quā diligit. Ideo David in ps. xj. In circuitu impij ambulat Itē tympanū est depictū. Sic etiā est persona luxuriosa. tota est ornata ad lasciuia r̄. Itē tympanū habet quasdam puas nolas q̄ faciūt sonū. sic est de p̄sone luxuriosa. nā facit sonū loquēdo blande. Item tympanū qñ tāgitur. in pelle tangit. Sic etiā p̄sone luxuriose se mutuo tangere nitunt: sed in dānationē animarū suaz. Ecce primū p̄ctm̄ qd̄ tāgit in auctoritate. Secūdo dicit q̄ tenēt cytharam Hic tangit peccatū auaricie. Nota hic condi-

tiones cythare. Nam primo ipsa est de ligno sicco. Ecce conditio auaricie. quia nullā dulcedinē vel succū habet misericordie ad pauperes. Secunda conditio quia est vacua. et sic est auarus. Nam vacuus est meritis et virtutibus. licet sit plenus diuitijs. Apoc. iij. Dicit quia diues sū et nescis quia miser es. Tercia quia cythara habet quattuor paria cordarum quibus sonum facit. Sic sunt quattuor paria specierum peccati auaricie. Primū par est rapina dñorum et symonia clericorū. que simul faciunt sonum acutum. quia iam audiuntur per totum mundum. Secundum par est vsura mercatorum et calumnia aduocatorum. Jam mercatores nihil sciunt facere sine vsura. primo emendo minus p̄pter solutiōis p̄uentionē. secundo vendendo plus p̄pter solutiōis dilationē. Item mutuando centū florenos recipiendo pro illo mutuo quinq̄ vel decē florenos. est vsura. De quo sanctus Thomas pulcherrime determinat sc̄da sc̄de. in materia de vsura. Tercū par est fraus vel fictuz seruitiū operariorū. Quartū est furtū occultum latronū et detentio laborantiū qui sibi retinent decimas r̄. Itē legata testamētorum. Adulti tangunt istam cordam. Ecce secundū peccatū. Tercio dicit q̄ gaudent ad sonitum organi. Ecce hic peccatū supbie. Organum enim duabus follibus sonatur. Sic etiam superbus duabus follibus inflatur. Una de excellentia temporalī p̄pter potentiam vel scientiam genus vel diuitias. Secunda est de excellentia sp̄iali. et ista est deuotionis humilitatis r̄. Et in p̄c̄to ad inferna descēdūt. et h̄ p̄dere peccatoz. Ecce quō temp̄ carnale est temp̄ ascēdendi. qz in hoc tpe bon̄ christianus dimittit vanitates. humiliat r̄. restituit confitetur. facit p̄niam. ieiunat r̄. Et incipit hoc tempus cras. Ideo de isto sancto tēpore p̄posui thema. Ecce ascēdimus hierosolimā id est vitā eternā. Iste ascensus est tā mirabilis virtus q̄ deo nō declarauit ip̄m siml: s̄ paulatim fuit manifestatus hominibus r̄. Et

Primo in lege nature fuit figuratī desiḡt̄
Secundo in lege scripture fuit gradualit̄ numeratus.

Tercio in lege gratie vtualiter noiatus
Dico primo q̄ in lege nature fuit figuratī ter desiḡnat. et hoc vsq̄ ad Aboysen. in quagētes non habebant libros nec doctores seu magistros. sed solo intellectu naturali gubernabant se. et in tpe illo iste ascēsus virtutū singulariter fuit p̄signatus. vt patet Gen. xxvij vbi legit q̄ Jacob post solis accubitus vidit

diuinā reuelationē. tandē vidit vnā magnā scalā tenentē caput vnū in terra. aliud in celo. et vidit angelos ascēdentes et descēdentes et vidit dñm tenentē caput scale. Et dicit textus. Vidit Jacob scalā stantē super terram et cacunē eius tangens celū. angelos q̄ dei ascēdentes et descēdentes per eam et dñm innixū scale. Gen. xxvij. De ista visione sunt quattuor puncta declaranda. Primū est que est ista scala. Secūdo quō stat super terrā. Tercium qui sunt angeli ascēdentes et descēdentes. Quartū de dño innixō scale. De primo. Ista scala est bona vita. scz cauere a peccatis et facere opera meritoria. Quilibet em̄ tenens bonā vitā stat in scala virtutum. et eadem die qua incipit bonā vitam incipit ascendere ad celū. et nullus credat se ascendere ex genere. scientia. diuitijs. potestate vel dignitate: sed solū ex bona vita. Cū David quesuit a suis doctorib̄. Et quis ascendet in montes dñi in ps. cxlij. Et null̄ doctorū sciuit respondere. sed spiritus sanctus respondit ei dicendo. Innocens manibus et mundo corde. qui nō accepit in vano animam suam nec iurauit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionē a domino r̄. Totuz hoc est de bona vita nec alia scala est ascēdendi in celum. Secundo dicit q̄ tenebat pedem in terra et cacunē ei⁹ tangebāt celū. Scala bone vite habuit duas bonas dispositiones. Una aū aduētū christi quia tunc tenebat pedem in inferno. et cacumen eius tenebat in terra. quia tunc oēs quātūcunq̄ fuissent sancti et bone vite omnes descēdēbāt in infernum. capiēdo nomē inferni nō stricte: s̄ generaliter. Auctoritas. Quis est homo q̄ viuēt et non videbit mortē. eruet aiam suā de manu inferni. q. d. null̄. ps. lxxxvij. Sed venit x̄ps et passus est p̄ saluatione credentiū et obedientiū. et resurgēs in celum ascēdēs erexit scalā tenēs pedē in terra et cacumen tāgit celū. put de brō Dñico legitur: quō in hora mortis sue videbāt in celū ascēdere per scalā. put pleni⁹ in ei⁹ legēda habet Ideo mō est hora ascēdendi si vult in celum ascēdere. iō cum maiori leticia et seruoze deberem⁹ modo seruire deo q̄ antiquitus patriarche et p̄phete quia nō oportet nos descēdē in infernū. s̄ ascēdere in celū. Iō x̄ps. Qui facit voluntatē patris mei qui in celis est ip̄e intra bit in regnū celoz. Matth. vij. Volūtas dei est tenere bonā vitā. Tercio dicit q̄ angeli ascēdebant et descēdebāt per eā. Hoc figurabat q̄ p̄ istā scallā bone vite ascēdūt seruētes. et descēdūt tepescētes. q̄ modo dimittūt vnū

aliud cras. et sic paulatim pdunt deuotionez. Ideo semper debem⁹ ascēdere et bonam vitā augmētare. Hoc nō debet intelligi per operū multiplicationē. s̄ per augmētum seruoze et cōtinationem. Et isto modo homo ascēdit. Verbi gratia. Qui vult bonam vitam tenere s̄m suam qualitatē et complexionē debet recipere certas orationes et ieiunia et ista continuare cuz seruoze spiritus. Logitate si homo sit hodie magis deuotus q̄ heri vel ante heri qz si sic. signū est q̄ ascēdit. si non. signum est q̄ descēdit. De isto ascensu et descēsu. Ecce p̄pheta David. Ascendunt vsq̄ ad celos. et descendunt vsq̄ ad abyssos: aia corū in malis tabescebat. in ps. cvj. Querit hic sc̄tus Bern̄. dicens. Jacob vidit angelos ascēdētes et descēdentes et non vidit angelos stantes. Quia in bona vita nullus potest in eodē loco stare. nam oportet ascendere vel descendere. et null⁹ potest dicere ego seruiui deo. l. annis. ideo sufficit. Deus dabit mihi paradisu. tales statim descendunt. Iō Bernard⁹ respondendo ad questionē dicit. In via dei non progredi retrogredi est. Quarto dicit q̄ vidit dñm innixum in capite scale. nam ascēdentes cum magnis laboribus ascēdūt. doloris. tempestatum. temptationum r̄. et ne ergo deficiāt in via stat dñs in capite scale vocans et suscipiens nos suos fideles dicendo. Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis: et ego reficiā vos. Matth. xi. Ecce quō iste ascēsus fuit in lege nature figuratī presignat⁹ Dico secūdo q̄ iste ascensus fuit in lege scripture gradualit̄ numerat⁹. et lex scripture d̄ eo q̄ de⁹ dedit legē in libro scriptam quia intellect⁹ naturalis nō sufficiebat. iō de⁹ dedit legē in scriptis mille et quingētis annis scz a Aboysē vsq̄ ad x̄pm. Tūc em̄ iste ascensus fuit gradualiter numerat⁹. Licet em̄ Jacob p̄videret ascensū bone vite in celū per figurā scale. tñ nihil d̄ de gradib⁹ huius scale. sed scriptura in lege scripture. David p̄ spirituz dei p̄vidit numez graduū. s. xv. Cū legitur. j. Paral. xxvij. q̄ reuelauit de⁹ sibi q̄ n̄ ipse sed fili⁹ suus salomon edificaret sibi domū siue templū. et reuelauit sibi totaz dispositionē templi. p̄pter q̄ David vocauit tūc filium suū salomonē q̄ erat nouē vel decem annoz dicendo sibi. Ecce fili mi ego p̄posueraz edificare templū dei sed de⁹ noluit. qz effudi sanguinem. sed dixit mihi q̄ tu edificabis sibi domū. Iō edificabis eā in tali loco. s. in mōte syon. tali mō. et facies. xv. grad⁹. Mā templū figurabat gl̄iam padis. iuxta illud ps. xxvij In templo ei⁹ om̄s dicēt gl̄iam. Quindecim

elemosynā vel alia bona venit ad iudicium
corā xpo. statim remittit ipsa ad infernū. di-
cendo q̄ iam hic recepit mercedē suā. Si di-
catur ergo quē modū tenebim⁹ in dando ele-
mosynas. hoc oñdit xps dicendo. Te autē
faciente elemosynā. nesciat sinistra tua quid
faciat dextera tua. Nota hic tres morales ex-
positiones. P̄ma. Abanus dicunt diuitie
tpales. Rō. quia sicut manib⁹ facim⁹ oīa opa
Uñ dicit p̄s q̄ manus est organū organoz
ita cū diuitijs hō facit oīa negocia. Abanus
dextera est pecunia de bono iusto cōgregata
scz de laborib⁹. p̄p̄ijs vel possessionib⁹ acqui-
sita. Abanus sinistra est pecunia de malo si-
ue iniuste acquisita vel cōgregata. s. de furto
vsurā. rapina. symonia z similib⁹. Uñ circa
hoc Salomon. Leua eius sub capite meo et
dextera eius amplexabit me. Lan. ij. De si-
nistra autē d̄r fieri restitutio. z de dextera fa-
cienda elemosyna. Ido dicit. Te autē facien-
te elemosynā nesciat sinistra tua quid faciat
dextera tua zc. Ido do vobis vtile consiliū
q̄ in taxa vestra siue bursa faciatis medium
z pecunia de bono iusto ponat in vna parte
z de malo iusto ponat in alia parte. quia q̄si
simul ponitur restitutio obliuioni traditur z
p̄ illud mediū reducit ad memoriā. z tunc
scietis de qua manu facitis elemosynā z de q̄
restitutionē. Et s̄m istum intellectuz dicebat
Thobias filio suo. Fili mi de substantia tua
nō aliena. fac elemosynā. et noli auertere fa-
ciem tuā ab illo paupere. ita em̄ fiet vt nec a
te auertatur facies dñi. Thob. iij. Sc̄da ex-
positio est ex parte intentionis dauidi elemo-
synam. Dicit man⁹ dextera q̄ intentio est re-
cta. Quā elemosyna dat solo amore z honore
dei qui nobis fecit tot elemosynas. s. creādo.
p̄uidēdo. z thesauro sui sanguinis redimen-
do. Ista intentio dicit man⁹ dextera. Uel co-
gitando. dabo mō istam elemosynam. vt q̄si
ego petā elemosynā ad portā paradisi deus
det tibi vnū frustū glorie sue. Ista est ergo in-
tentio recta. Laue q̄ ne sinistra intentione. s.
laudis vel vane glorie faciatis elemosynam
Nesciat sinistra tua. s. intentio vane glie mul-
ta em̄ opera z magna pduntur sinistra inten-
p

*quis nō ē tēp̄dōz
fari elemōz.*

*Te facere elemosynas
nesciat sinistra tua
quid faciat dextera tua.*

*De p̄ma nō est nisi p̄
fina.*

*De angeli nō s̄nt nō
fines nō s̄nt.*

tione. Tercia expositio. mod⁹ dandi elemo-
synā q̄ pōt esse bon⁹ vel malus. dī esse man⁹
dextera vel sinistra. Bon⁹ mod⁹ dādi elemo-
synā est qm̄ elemosyna q̄ est op⁹ pietatis daf
cuz pietate. benignitate z ex pura charitate.
tūc em̄ daf cū dextera. Qm̄ vero malo modo
sicut panis cani. vel quia fungit se nō audire
pauperē. vel cū indignatione ex importuni-
tate petentis. tūc daf cū sinistra. Jō dicit ter-
tus. Te aut̄ faciente elemosynā zc. Ideo ser-
uandū est cōsiliū aplī dicentis. Unusquisq̄
pūt destinauit i corde suo. s. dare elemosynā
nō ex tristitia vel necessitate. Ibilare em̄ dato
rem diligit de⁹. ij. L. oz. ix. Nota practicā qm̄
vadit aliquis ad ecclesiā vt portet in manu
q̄ pposuit dare amore dei. Ecce q̄re dicit.
Te aut̄ faciente elemosynam: nesciat sinistra
tua quid faciat dextera tua. Et seruat cōsiliū
thematis. s. Attendite ne iusticiā vestram fa-
ciatis corā hominibus zc. Dico tercio q̄ in
parte scia euangeliū xps dñs n̄r ofidit facere
iusticiā penitentiā de aīa rōnali nō corā ho-
minibus s̄ secrete. Lum oratis nō eritis sicut
hypocrite. vsq̄ reddet tibi. Dicatur modus
orandi antiquoz hypocritarū in synagogis
viciis. et in angulis platearū vbi gentes con-
ueniebant. vt viderēt qui cum magnis suspi-
rijs et gestibus orabant vt laudarent. De
istis benedictis. De quib⁹ dicit xps in euan-
gelio. Amen dico vobis receperūt mercedē
suā. Stulti q̄ tam p̄ciosum iocale vt est ora-
tio dabant p̄ tā modico et vili p̄cio. Jō xps
ofidit modū orandi: dicēs. Tu aut̄ cū orau-
ris intra in cubiculū tuū. et clauso hostio ora
patres in abscondito. et p̄ tuus qui videt in
abscondito reddet tibi. Nota in cubiculū tuū.
Sed circa hoc posset aliq̄s dicere. ergo non
est orandus in tēplo vel in ecclesijs. R̄sio q̄
hoc intelligit dupliciter. Primo mō conscia
dicis cubiculū secretū. et ista oratio fiat in ec-
clesijs. s. nō clamando. nec magnos faciēdo
gest⁹ vt videamini ne aliq̄ pturbent. s̄ claudē
do ostiū. s. secrete orando. Et h̄ debet intelli-
gi de orōnibus q̄ fiunt in publico seu cōmuni
De alijs orōnibus p̄ticularib⁹ z ceteris debz
se hō claudere in camera sic intelligit̄ textus
Sed possit hic aliq̄s arguere dicēs. Videt̄
q̄ dñs n̄r in doctrina sua sit sibi p̄s̄ cōtrari⁹.
Quia dicit in euangelio hodierno. Attendi-
te ne iusticiā vestrā faciatis corā hoibus zc.
et in alio loco dicit. Sic luceat lux vestra co-
ram hominib⁹ vt videāt opa vestra bona et
glorificēt patrē vestrū q̄ in celis ē. Ath. v.
videt̄ hic p̄netas. R̄sio q̄ nō est ibi cōtrarie-
tas. s̄ audi declarationē. xps cū sit domus

et magister vniuersalis dabat doctrinā oib⁹
tā p̄fectis p̄sonis q̄ etiā imp̄fectis. Quia ha-
bebat alios instruere et informare in vita spi-
rituali et doctrina dicebat. Vos estis lux mū-
di. Et loquebat̄ aplis et alijs p̄fectis p̄sonis
quib⁹ vent⁹ adulationis nō nocuit. Ideo ait
Sic luceat lux vestra (scz opa vestra z catho-
lica doctrina) corā hominib⁹ vt videant zc.
Ac si dixisset. Portate istam regiā. s. doctrinā
euangelicā sub sigillo bone vite. vt quilibet
dicat p̄ certo. iste seruat q̄d p̄dicat. qz als nō
creditur sibi. S; imp̄fectis et inchoantib⁹ bo-
nā vitā quib⁹ vent⁹ laudis posset nocere di-
cit. Attendite ne iusticiā vestrā faciatis corā
hominib⁹ zc. Hec questio fuit semel facta bea-
to Anthonio. qui eā declarauit isto mō. Si-
cut magn⁹ ignis nō extinguit̄ vento: imo po-
tius accendit̄. sed modicū lumē modico ven-
to extinguitur. Sic etiā magnus ignis ardē-
tis deuotionis et charitatis est in corpore p̄-
fectoz. s̄ modicus in imp̄fectis. ideo statim
extinguitur modico vento laudis. s̄ in p̄-
fectis magis accendit̄ et augmentat̄. Et nota
de magno honore facto beato petro cū veni-
ret anthiochiā. z de beato Johāne de exilio
redeunte. z de beato Paulo in galacia. vt pa-
tet ad Galathas. iij.

Feria sexta post cinerum.
Sermo. ij.

Annuncia populo

meo scelera eoz. Isaie. lviij. In eplā
hodierna. In p̄s̄i sermone volo vobis ostē-
dere et declarare aliq̄ graua p̄ctā p̄pter que
deus ē iratus s̄ nos. Jō mitti istas tribula-
tiones pestilentiarū mortalitatū p̄ mundum.
Et ergo ista p̄ctā corrigant̄ z cesset ista pla-
ga volo nunc ista p̄ctā declarare. Sed p̄mo
salutē virgo maria. Annuncia p̄lo meozc.
Pro huius verbi declaratione et materie p̄-
dicande introductione sciendū q̄ defectus z
vicia et p̄ctā nostra in sacra scriptura nomi-
nantur diuersimode. Un̄ defectus qui fiunt
cōtra p̄ximū immediate z de directo. vt fu-
rari. ipsum diffamare. vulnerare seu occidere
dicunt̄ iniquitates. i. nō equitates. qz ibi nō
seruat̄ equitas a deo nobis data dicēte. Dili-
ges p̄ximū tuū sicut teipm̄. Ath. xxij. Alij
defect⁹ fiunt immediate et de directo cōtra cor-
pus. sicut nimis comedere z bibere inebriari
z hmōi. Jō dicit scriptura. Propter crapulā
multi perierunt. qui abstinens est adijciet vi-
tam. Eccl. xxxvij. Itē luxuria est s̄ corpus.
Apl. Omne p̄ctm̄ q̄d cūq̄ fecerit hō extra
corp⁹ est. q̄ aut̄ fornicat̄ in corp⁹ suoz peccat.

p̄ma L. oz. vj. Itē p̄ctm̄ accidie est s̄ corp⁹ ad
instar ensis gladij seu ferri q̄d rubiginat̄ qm̄
nō seruit. idē est de corpore. Jō laborate mō
ordinato zc. Isti defect⁹ dicunt̄ p̄pue pecca-
ta. i. peccoz acta s̄m ethymologiā. qz comede-
re bibere luxuriari ocari sunt acta pecudum.
Alij defect⁹ sunt q̄ fiunt immediate de directo
s̄ animā. qui nō tangūt p̄ximū nec corpus vt
p̄sumptio. supbia. q̄ solum tangūt animā. Et
etiā vana gloria. hypocrisis. ira. iuidia. odiū
malicia. mala desideria. male cogitatioēs de
siderioz vindicte. nō sunt nisi venenū q̄ occi-
dunt animā. expellunt grām dei q̄ est aīe vita
Ezech. xvij. Alia q̄ peccauerit ipsa morietur.
Ista p̄pue dicunt̄ delicta. q̄s derelicta. quia
aīa debet diligent̄ custodiri et cōseruari qua-
si reliquia p̄ciosissima. Alia sunt q̄ immediate
et de directo fiunt s̄ deuz q̄ sunt alijs maiora
et ḡuioza. sicut iurare. renegare. blasphemare
et hmōi. Et ista dicunt̄ p̄pue scelera. Pa-
tet ergo differentia q̄ est int̄ defect⁹ vicia z pec-
cata stricte loquēdo. Auctoritas. Job petēs
veniā a deo dicebat. Quantas habeo iniqui-
tates et p̄ctā. scelera mea atq̄ delicta ostende
mibi. Job. xij. Abodo oñde mibi q̄ ad pecca-
tozum correctionē necessaria sunt. qz ipsorum
cognitio. et tunc sequit̄ correctio. De peccat̄
autē q̄ fiunt singularit̄ s̄ deum. loquit̄ thema
p̄dicatozi dicens. Annuncia p̄lo meo. supple tu
p̄dicatozi. scelera eoz. nō dicit iniquitates nec
p̄ctā nec delicta licet sint etiā annuncianda z
corrigenda. s̄ scelera. Jō iuxta preceptū dei
mō volō vobis declarare et nūciare p̄ctā que
fiunt s̄ deū ex quib⁹ veniūt iste tribulatioēs
Quā annunciationē faciā p̄ quandā figurā
q̄ habet̄ Ezech. viij. vbi legit̄ q̄ in terra iuda
et in ciuitate hierlm̄ venit magna tribulatio
mortalitatis et pestilentie et p̄pls orabat deū
vt ipsos iuaret. Et tribulatio augmētabat̄.
De quo p̄pheta dolens z admirās plangēs
p̄p̄m orādo dicebat. Dñe z quare datis tot
mala p̄lo vestro. Tunc de⁹ volens reuelare
p̄phete rōnez et cām subito portauit eum in
hierusalē vt videret p̄ctā q̄ ibi fiebant contra
deū. Et posuit ipsum in porta ciuitatis dicēs
Respice. Et p̄pheta respexit. et vidit ibi ido-
lum zeli ad puocandū irā dei. Et oīs gētes
recurrerant ad idolū. Qui dixit de⁹. Fili ho-
minis vides qd̄ faciunt isti. Et propheta. Dñe
quale p̄ctm̄ istud sufficit vt veniāt tot ma-
la. R̄sio dixit deus. qz adhuc ostendā tibi alia
Et duxit eū ad vnāz magnā plateā ciuitatis
muratā in circuitu. Et dixit sibi. Fode parietem
et vide abominationes quas isti faciunt
Qui fodit et vidit ibi diuersas imagines be-

stiarum pictas q̄bus senes ciuitatis dabant
incensum. Et dixit p̄pheta. Dñe nō mirū
si mittitis mala zc. Postea duxit eū ad aliaz
plateā. z ibi vidit mulieres plorantes z plan-
gentes adonydē. s̄m poetas deū amoris. Dñe
dixit p̄pheta quale p̄ctm̄. nec mirū zc. Adhuc
dixit deus ostendā tibi amplius. Et
duxit eū ad plateā tēpli dicens. Respice. Et
vidit ibi gentes vertentes dorsum tēplo dei.
adorantes ad orientem. Et dixit p̄pheta. Dñe
tam magnū p̄ctm̄. Tunc dixit sibi deus.
Ex his peccatis ego faciā. supple. vindictam
in furore meo. nec parcet oculus me⁹ nec mi-
serereboz cū clamauerint ad aures meas vocē
magna nō exaudia eos. Ezech. viij. In qua
figura deus ostendit̄ p̄phete quatuor scelera
seu peccata que fiebant contra deū. Que
significant et figurant quatuor p̄ctā graua
que fiunt mō in mundo contra deū immediate
z de directo. Ex quib⁹ veniunt ista mala. Et
nos clamam⁹ ad deū et ipse claudit̄. s. aures.
Ideo dicit. Annuncia populo meo zc. Hec ci-
uitas est xpianitas a dño Jesu xpo fundata z
edificata magnis laboribus et multis p̄uile-
gijs et gratijs dotata. de qua David in ps.
lxxxvj. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei.
Porta huius est baptism⁹ nec aliquis potest
esse ciuis seu habitator huius ciuitatis nisi in-
tret per portā hui⁹ baptismi. Hec porta domi-
ni scz actiue et passiue. iusti intrabunt in eam.
Et ibi datur fides xpo et abrenunciat̄ diabo-
lo et pompis eius. Dic modum baptizandi.
Sed hic ponit̄ idolū zeli qm̄ contra fides xpi
p̄missam in nostris necessitatib⁹ recurrimus
ad diabolū vel p̄ sanitate habenda vel p̄ re-
perditā ad inueniendū. vel p̄ filijs habēdis.
vel si estis maleficiati statim vaditis ad ido-
lum. s. diuinū in quo est diabolus. cū quo di-
uinus facit opa sua. Ecce idolum zeli ad puo-
candū irā dei. quia rex indignaret̄ si aliquis
iret p̄ ciuitatē subtrahendo sibi p̄p̄m z trahē-
do ad suoz inimicū. Quid faceret rex contra
illū et contra villā hoc facientē et ipm̄ sustinē-
tem tanq̄ p̄ditozē. daret ipsum ad furcā. Ita
facit diuin⁹ contra regē xpm̄. cui subtrahit po-
pulū et trahit ipm̄ ad diabolū. Ideo corripit̄/
antur zc. Dic quō in omnib⁹ suis necessitati-
bus qlibet bon⁹ xpian⁹ debet recurrē ad xpm̄
q̄ sanat oēs infirmitates. qz diabolus nō po-
test aliquem curare veraciter sanando. s̄ a le-
sione cessando. vt legit̄ in historia beati Bar-
tholomei. Ideo in sacra scriptura p̄cipit de⁹
dicens. Vir siue mulier in quib⁹ diuinationis
fuerit spiritus. morte moriat̄ lapidibus obru-
ent eum. Leui. xx. Et quare omnis populus
p̄ ij

compositio sit hinc de oratio

lapidabit. nunquā sufficeret ut cōbureret vel suspēderet zc. Rādeo. qz diuin⁹ oibus nocet qz puocat irā dei. id voluit deus q nō ab vno solo hoīc. s̄ a toto plō occideret. Ideo qñ in vna villa vel patria sustinet vn⁹ diuinus. ex illo peccato deus mittit tribulatōes vel inundatōes aquaz. vt pz de abyssō diluuij zc. vlt mortalitas. vt de rege Saul qui recurrit ad phytomissam in endoz. ppter qd mortu⁹ fuit ipse et pdidit regnū p se et suis. pmo Paral. ix. Abortus ē Saul ppter iniquitates suas eo q puaricat⁹ sit mandatū dñi qd pceperat nō custodierit illud. sed insup etiā phytomissam cōsulerit. nec sperauerit in dño. ppter qd interfecit eū. et transfudit regnum eius ad dauid filiū ysai. Uel si fit diuisio ppter regimē. Dic quō illud idolū significat domū consiliij. Nota quia deus pcepit antiquit⁹ moysi q domus cōsiliij esset in porta ciuitatis vt forenses possent eam statim inuenire. Que quidē domus est idolū zeli ad puocandū emulatiōes seu inuidias. Quot inuidie z emulationes et zelotipie sunt in hac villa ex illo idolo qd oīs adorant. Dicit vnus. Ille fuit cōsiliarius et ego nō fui. qui sum de meliori genē zc. Omnes laborant vt habeant regimen. Ex q sequunt multa mala. inuidie. destructiones cōmunitatis. z rancores. Ecce damnatio animarū ppter multa pctā q ibi cōcurrunt. Primum est periurium. qd est maius pctm q ho micidiū. vt dicunt theologi. Et qñ intrant in regimē iurant q pcurabunt bonū cōmunitatis fideliter. z q corrigent pctā notoria. z nihil faciunt id sunt periuri. Scdm pctm est furtum. quia multa ex ambitione regiminis expendant. et qñ sunt intus volunt recuperare ideo furant a cōmunitate quicquid pnt. qd est maius pctm et maius furtum q si reciperent furtiue a psona p̄culari. quia magis tenent diligere bonū cōmunitatis q p̄cularis p̄sone. Terciu pctm est damnū z restitutio cōmunitatis. Nota similitudinem de nauī q debet ire vltra mare. Et p̄sone tenent p̄siliū qd erit patron⁹ nauis. et qd nauta. z qd marinarij zc. Sic in pposito magna nauis triū coopturorum est cōitas. Prima cooptura secreta sunt religiosi in monasterijs absconditi. Scda est clericoz vbi sunt merces sacramentoz. Tercia vero vbi fit exercitiū ē laicoz. In q oportet ponere patronū. s. vicariū seu nautā subuicariū. et marinarjos. s. maturos. Id in consilio qlibet debet attendere et respicere cōitatē et nō consanguinitatē nec amicitia vel partē s̄ vtilitatē ville. alias adorant idolum. Ideo neq mix si deus mittit ista z ducit secū filios

vestros. Idē faciet de vobis nisi vos corrigatis zc. Scdm pctm qd oñdit deus pphete in platea ciuitatis fuit de imaginib⁹. et de illis q dabant eis incensum. Hoc pctm significat ludū taxilloz. Quid sunt aliud taxilli q imagines bestiarū depicte. quib⁹ maiores et seniores dant incensum. Antiquus solū iudebant ribaldi et lenones zc. Sed mō maiores ville sine aliq verecundia ponūt se ad ludendum ibi cū ribaldis. z emittunt incensum versus celū. s. blasphemiarū p̄ deū z virginē mariam zc. Ex q peccato veniunt multa mala z plaga mortalitatum. Auctas. Tū multū iurans implebit iniquitate. z nō discedet a domo illi⁹ plaga. Eccl. xxiij. Idē de villa in q deus notorie blasphematur a q nō recedit plaga. Nota etiā hystoriā de illo sc̄to qui iuxta altare dei vidit altare diaboli. vbi gentes cōfluebant zc. Dicunt quidā si amouet ludus perdemus impositionē siue lucrū zc. Sed meli⁹ est pdere impositiones q corpus z animā. et bona tpalia p tēpēstates. Idō puideatis zc. Tercium pctm qd deus oñdit pphete fuit de mulierib⁹ plangentib⁹ adonydē zc. hoc significat pctm mulierum que mō plangunt et plorant qñ perdunt filiū vel filiam dilectā. dicentes multa verba stulta cōtra deū. cum tamen deberent letari. Nunquā gauderet si rex transiens per istā villam reciperet in curiam suā filiū vestrū. et faceret ipsum magnū dñm. Idem de regina q reciperet filiā vestram zc. Sic mō rex xps seu papa Iesus transit p villam et recipit in curiā suā filiū vestz innocentem et bonū. vt ipm faciat magnū dñm maiorem q sit hic rex vel papa. De hoc q ploratis vos. Ideo apls. Nolumus vos ignorare de dormientib⁹ vt nō cōtristemini sicut ceteri q spem nō habent. p̄ma Thessal. iij. Sed non ploratis nec plāgitis mortē aiarū filioz adulteroz. q dant se pctis. blasphemie. luxurie zc. q recta via vadūt ad infernū et non curatis. Idō pōt vobis dicē fili⁹ vester qñ mori. Nolite flere sup me. sed sup vos flete et sup filios vestros. s. adultos. Lu. xxiij. Quartū peccatū fuit illoz q verterūt dorsum ad tēplū et adorabāt ad orientē. Ecce h pctm de fractione festiuitatū. qñ gentes despiciunt pcepta et ordinationes ecclie tūc vertūt dorsum ad tēplum dei. z adorauerunt ad orientē fm q dicit dauid. Ortus ē sol. z erit hō ad opationem suā. Qñ g gētes nō seruāt festa s̄ faciūt negocia in foris z ferijs zc. tūc vertūt dorsum tēplo et adorāt ad orientē. cū tñ deus optime diuisit tēpus q totū currit in septē diebus et

dedit nobis sex dies ad laborādū. et vos vertitis vos ad orientem. s. orto sole vaditis ad agrum vestrū. vineā. for. seu feriā. Septimū diē deus retinuit sibi. s. dñicā. Et vult q illa die vertram⁹ faciem ad tēplū et dorsum ad orientē. Et vos facitis oppositū. quia qñ dñ missa in qua oīs tenemur esse quidā stant in platea zc. quidā in vineis. quidā in lupanari. quidā in taberna zc. Q dicit de⁹ et vos auferitis mihi tēpus meū. idō ego auferā vobis tēpus vestrū. Ista rōne veniūt mortalitates quia ille qui debebat viuere. xl. vel lxx. annis mori cras. Ideo dicit ipse. Lū accepero tps ego iusticias iudicabo. ps. lxxiij. Ecce h peccata que fiunt cōtra deū. ppter que veniunt iste tribulationes et mala. Ideo corrigant p bonas ordinationes. et deus iuuabit. als ecce quid dicit. Lū multiplicaueritis orationē vestram nō exaudia vos. Isai. j.

Sabbato post cinerū. Sermo. j.

ascendit ad illos in

nauiū z cessauit ventus. Abarci. vj. Postq xps multa mirabilia fecerat in terra. fecit in mari qd recitat ab oibus euangelistis. vt ostenderet se esse dñm nō solū terre s̄ etiā maris. Dicat breuiter hystoria euangelij. Abodo vt intrem⁹ secreta oportet loqui de trib⁹. Et pmo de ista nauī posita in tam magna z valida fortuna. Scdo de hora q venit illa fortuna. Tercio de bono adueutu et trāquillitate ex p̄silia qñ ipse intrauit nauē. Et de isto tercio loquit̄ thema. Quatū ad p̄mū sciendum q fm oēs doctores et glosas nauis illa in tā magno piculo posita signat ecclēsiā militantē duplici rōne. Prima rō ex officio. Rō quia sicut nauis portat p̄sonas et merces de vno loco ad aliū. sic etiā ecclēsia. Et qui non nauigant cū ista nauī oēs pereunt. Sicut tēpore floe perierūt oēs qui extra archā inuēti fuerunt. Ecce officiū hui⁹ nauis. Idō Salomon ad lram de ecclēsia dicit. Facta ē quasi nauis institoris delonge portans panē suoz. Prover. vii. Ecce q ppter officiū ecclēsia dñ nauis vt cōiter dicunt doctores. Scds ratio (et est subtilior q nauis significat ecclēsiā) est si volum⁹ attendere ad fortunā seu figurā nauis q est in pncipio. hoc est in proza angusta. in medio p̄ncipio lata. et in fine scz in puppi angusta. Recte nauis significat ecclēsiā militantē q est hmōi forme. z dñs noster Iesus xps est quasi proza siue anterior pars nauis vbi coniungunt̄ due tabule. s. duo apli vt Petrus z Andreas qui fuerunt primi apli xpi. Deinde vndecim apli. j. ad Lo. xy. Deinde creuit p

septuaginta discipulos. Deinde p tria milia cōuerfos. Actū. ij. Sic tandē creuit paulatim per totū mundū. Quia in omnē terram exiuit sonus eoz. scz pdicationis. ad Roma. x. Sed iam diu est q nauis ecclēsie angustatur et restringitur circa finē. Nota hic decem diuisiones ipsius xpianitatis intantū q dicit xps iesus. Filius hominis cū venerit putas ne inueniet fidez in terra. Lucc. xvij. Patet ergo q ecclēsia militans dicit̄ nauis nō soluz ppter officium. sed etiā ppter formā et figuram. Et totū hoc tangit in dicta auctoritate. Facta est scz ecclēsia militans quasi nauis institoris. ecce formā. Delonge portans panē suum. s. merces. ecce officium. Sed agitur fluctibus. est em̄ in magno periculo nauis. s. ventoz. Hoc clare potestis videre si vultis cogitare ad hoc quod dico. quādo em̄ vacat vnus magnus ep̄tus. statim reges et domini tpales rogant p indignis. etiā cum minis vel munere. Uñ papa videns q rogant pro indigno q nesciret custodire tres capras tribulatur. Itēz iā videtis qliter ordinationes ecclēsie seruant. quia despiciunt libertates z immunitates ecclēsticē frangunt. Nā qui libet reputat se dignū ad maiorē mundi p̄solationē. quilibz seruat de ordinationib⁹ ecclēsie putat vult et sibi placet. nihil aliud. Ecce q modo nauis est in magnis piculis. Jam em̄ verificat̄ illud qd dicit Abarci. xiiij. Nauicula aut̄ in medio maris iactabat fluctib⁹. erat em̄ contrarius vent⁹. Quarta aut̄ vigilia noctis venit ad eos ambulans supra mare. Et videntes eū supra mare ambulantē. turbati sunt dicentes. quia fantasma est. Et pre timore clamauerūt. Statim q Iesus locut⁹ est eis dicens. Ego sum. nolite timere zc. Quantum ad secundū videndū est de hora in qua venit illa fortuna. Nam dicit̄ textus. Et cum sero esset erat nauis in medio mari. Ipse aut̄ solus erat in terra. Et videns eos laborando remigando. Erat em̄ contrarius eis ventus. Occasus solis facit vesperū. Abodo videmus in qua hora diei sum⁹. dicat q sicut sol radians sup terrā facit diē artificialē. z quando radiat valles et torrentes et colles adhuc est mane. sed qñ nō radiat vertices montiuz nec valles tūc est sero. Ad ppositum in sacra scriptura xps dicitur sol. Ideo dicit̄ virgini marie. Felix namq es sacra virgo maria. et omni laude dignissima. quia ex te ortus ē sol iusticie christus de⁹ noster zc. Abodo ad cognoscendū in qua hora sumus dici. s. durationis hui⁹ m̄ndi. Uideam⁹ si radij solis. s. xpi irradiant torrētes valles zc. Torrentes sunt

Idomus qñ dicitur qd tpor ta ruyrat.

Nota qñ fm oēs p̄m.

laboratores triplici rōne. Primo qz sicut tor-
rentes sunt asperi z petrosi. sic etiā vita labo-
ratorū aspera ē z dura z petrosa. Scda rō est
qz torrentes aliqñ abundant aquis. aliqñ nō.
Sic laboratores aliqñ abūdāt bonis tpalib⁹
aliqñ nō. ex siccitate vel als. Tercia rō est. qz
sicut torrentes sunt inferiores ptes terre. Sic
rustici z laboratores sunt deiecti et ab oibus
alijs inferiores. intm qz pōt dici dictū Danie-
lis. Imminuti sumus plus q̄ oēs gentes. su-
musq̄ humiles in vniuersa terra. Daniel. iij.
Sed mō iā torrentes et laboratores nō irra-
diantur solc Jesu xpi. Antiquit⁹ tñ irradiab-
bantur. qz erant deuoti. Nā q̄libet mane z se-
ro orabant vir in vno angulo. z mulier i alio
Nota quō pmo se signabāt. Deinde dicebāt
Credo in deū. sciebant bene p̄ n̄. Aue ma-
ria et decē p̄cepta legis. Nā ista est scia labo-
ratorū. Adhō aut nesciūt se signare nec sciūt
Credo in deū nec p̄ n̄ nec Aue maria. nec
etiā aliq̄ bonū. s̄ bene sciunt sortilegia cōiu-
rationes et vanitates. Sciunt etiā q̄t denarij
sunt in vno floreno. Ideo iam sol iusticie ab
istis torrentib⁹ retraxit radios suos. Itē anti-
quitus q̄libet die audiebant missam in auro-
ra. Deinde ibant ad sua negocia. Sed modo
nec in dñica nec in alijs dieb⁹ volunt audire
missam. z si forte veniūt iā pransi z tarde ve-
niunt. et qñ sunt in ecclesia nō faciunt nisi lo-
qui. Itē antiquit⁹ cōicabant q̄libet die dñico
deuote et p̄cellonalit⁹. mō aut nisi semel i an-
no. Ideo dauid. Rescuerūt neq̄ intellexerūt
in tenebris ambulat. mouebunt oia funda-
menta terre. in ps. lxxxj. Adhō videam⁹ si ra-
dijs solis iusticie illuminēt valles. Valles di-
cuntur oēs hoies diuites. iō qz vallis ē terra
deliciosa z abundās. Nā talis ē vita diuitū
pinguis et deliciosa z abundās. Itē dauid in
ps. lxxij. Sed iā ab istis recessit radius solis
scz gfa dei misericordie et veritatis. Nā anti-
quitus diuites q̄rebant si erat aliquis qui ve-
nisset ad paupertatē vt possent euz iuuare in
aliq̄. Sed mō vellent sibi vicem auferre oculos.
Antiquit⁹ si diues videbat agrū vel vi-
neā alicui⁹ incultū. vel filiā alicui⁹ adultā. im-
mediate dicebat sibi q̄re nō semināz agz zc.
de q̄ viuetis zc. z statim mutuabāt semen. pe-
cunias. maritabāt puellas v̄gines. Sed mō
si pauper laborator qui habet domū plenam
filijs indiget pecunia. pane vino zc. et venit
ad diuitē vt recipiat zc. Nota vsuras q̄s fa-
ciunt. Itē qñ vident viduā vel puellam pau-
perem laborāt qz fiat meretrix. Ecce quō sol
iusticie recessit. et verificat⁹ verbum xpi dicen-

For. 1. 1. 1.

For. 1. 1. 1.

tis. Qm̄ abundauit iniquitas. refrigescit ca-
ritas multoz. Math. xxij. Itē videamus si
radius solis tangit costas. Coste dicunt esse
simplices p̄byteri. Rō. qz sicut coste sunt tor-
rentibus et vallib⁹ altiores. et montib⁹ z colli-
bus. p̄ximiores. sic simplices clerici sunt po-
pulo altiores in dignitate z sanctitate. z ma-
gis iungunt monti. s. xpo. Itē dicit scriptura
de eis. Sepauit vos deus ab oī p̄lo israel et
iunxit sibi vt seruiretis ei. z in cultu taberna-
culi sui starez corā frequentia p̄li. Rume. xvj.
Sed mō ab istis retraxit radios suos sol iusti-
cie. Nam antiquit⁹ irradiabant deuotione z
scia. Sed mō quasi nullā h̄nt deuotionē vel
scientiā. imo sunt ignorantes. Et iā verificat⁹
de eis p̄phetia dicēs. Sacerdotes ei⁹ contē-
pserūt legē meā. et polluerūt sanctuaria mea.
Inter sanctū et pphanū nō habuerūt distan-
tiam. int pollutū z mundū nō intellexerunt.
et a sabbatis meis auerterunt oculos suos z
coindnabar in medio eoz. Ezech. xxxij. Adhō
videamus si irradiat colles sol iusticie. Reli-
giosi dicunt colles. Rō. nā merces q̄ portan-
tur de loco ad locū trāseunt p colles. sic etiā
merces celestes scz sanctarū doctrinarū veni-
unt ad nos p religiosos. Itē quia via seu trā-
situs p colles ē angusta. talis debet esse vita
religiosoz stricta et aspera p p̄niam. Et ideo
Dauid in ps. lxxij. Pinguescent speciosa de-
ferti. z exultatione colles accingentur. Nota
q̄liter antiquit⁹ religiosi seruabāt obedientiā
paupertatē. et castitatē. et om̄s cerimonias.
quia tūc sol iusticie tangebat colles. s̄ modo
seruāt obedientias ita. sed de capone. Sed si
vltra voluntatē p̄cipit aliquid statim sequi-
tur appellaciones zc. Itē tenēt paupertatē si-
ue indigentias in his q̄ nō p̄nt acquirere. De
castitate aut et de cerimonijs ipsi sciunt quō
viuūt. Ibo igit ad optimates et loquar eis.
ipsi em̄ cognouerūt viā dñi et iudiciū dei sui.
Et ecce magis hi simul cōfregērūt iugū z ru-
perūt vincula. Hiere. v. Iā transiuit. q̄ hora
vesperarū zc. Itē videam⁹ si sol iusticie tāgit
montes siue summitates montiū. Et isti sunt
plati siue dñi t̄pales. Rō. qz sicut mōtes emi-
nent sup terrā. sic plati et dñi sunt alti eminē-
tes ex dignitate z dñio t̄pali. Videam⁹ mō si
illuminant a sole iusticie. qm̄ antiquitus plati
nō dabāt plationes dignitates vel b̄fficia nisi
si bonis p̄sonis sc̄tis et dignis. et illos cogen-
tes. Et plus curabāt de aiab⁹ q̄ de redditib⁹
Nota mō qualiter sit iuxta illud apli. Qēs q̄
sua sunt q̄runt et nō q̄ Jesu xpi. ad Phil. ij.
Idē de dñis t̄pali. Nā antiquit⁹ seruabāt
iusticiā et cōtentabant de p̄p̄ijs redditibus

For. 1. 1. 1.

quos etiā diuidebāt. s. p seip̄s. p deoz pau-
perib⁹. Sed mō nota de iniusticijs z exaccio-
nib⁹ q̄s faciūt. Iā em̄ verificat⁹ illud dictū p̄-
pheticū: dicēs. Principes tui infideles socij
furū. om̄s diligunt munera. sequunt retribui-
tiones. pupillo nō iudicat. et cā vidue nō in-
gredit ad illos. Isaie. j. Nunqd̄ q̄ videt vo-
bis si sumus in fine diei. z in occasione solis.
Ecce q̄liter illa fortuna nauis in sero figura-
bat fortunā finis mundi q̄ dicit sero. Et ideo
dicit. Lum aut sero esset dicit dñs pcuratori
suo. Loca oparios z reddet illis mercedē suā
Math. xx. Quantū ad terciū zc. vidēda
est trāquillitas ventura ex xpi p̄ntia cū dicit
thema. Ascendit ad illos in nauim z facta est
trāquillitas maḡ. et cessauit vent⁹. Et nota hic
historialit⁹ quō xps in q̄rta vigilia noctis de-
scendit de mōte ad discipulos q̄ erāt in mari
Ita mō in isto sero. s. in fine mūdi vt ex p̄di-
ctis p̄ qñ nauis ecclesie piclatur. dñs iesus
descendit de mōte altissimo celi empirei vbi
mō interpellat p nobis apud patrē ofidens
patri lat⁹ et vulnera. z v̄go maria zc. De isto
monte ex alia pte dicit dauid. Quis ascēdet
in montē dñi zc. ps. xxiij. De isto mōte descē-
det in die iudicij sup mare hui⁹ mundi. qz nō
descendet in terra. s̄ in aere. Auctas. Hic Je-
sus q̄ assumpt⁹ est a vobis in celuz. sic veniet
quēadmodū vidistis euz euntē in celum zc.
Actū. j. Dicit q̄lis timor erit tremor erit tūc
peccatorib⁹ in ei⁹ aduētū. intm qz dicit p̄pha.
Ecce venit dicit dñs exercitū. et q̄s poterit
cogitare diē aduent⁹ ei⁹. z q̄s stabit ad vidē-
dum eū. Ipse em̄ q̄lis ignis cōflans z q̄lis her-
ba sillonū. Et sedebit cōflans et emūdās ar-
gentū. et purgabit filios leui. Subdit. Ego
accedaz ad vos in iudicio. et ero testis veloz
maleficis z adulteris. et piuris. et q̄ calūnian-
tur mercedē mercenarij. et humiliāt viduas
et pupillos z oppamūt pegrinū. nec timuerūt
me. Math. ij. Q̄lis timor erit illis. Sed
bonis dicit. Ego sum nolite timere: cōfidite
Si mali timēt nō erit mirū. qz videbunt eoz
dānationē paratā. s̄ q̄s dabit sniam dicēdo.
Discedite a me zc. Deinde data snia ascēdet
in nauiculā. i. totā ecclesiā xpianā z secuti sūt
eū ei⁹ discipuli. i. boni. z statim fuerūt ad aliā
terrā. vt d̄r Joh. vj. sic erūt boni xpiani p̄n-
gentes ad terrā illā: de q̄ dicit Dauid. Por-
tio mea dñe sic in terra viuentiū. et tūc cessa-
bit vent⁹ tribulationū. infirmitatū. z erit tran-
quillitas eterna. Ideo d̄r. Absterget de⁹ oēm
lachrymā ab oculis sanctorū. Apoc. viij.

Sermo. ij.

Nat nauis in me

e dio mari. Math. vj. Nota mysti-
ce qz p̄ntia dicit nauis p̄pter q̄tuoz
que habet ad instar nauis. s.
Diuersam figuram.
Grandem mensuram.
Altam staturam.
Incertam venturam.
De hoc q̄rto mō dicit p̄positū thema. Erat
nauis zc. Quantum ad p̄mū nauis nō h̄z
vnā figurā vniiformē. sicut alia edificia q̄dra-
ta vel rotunda. et h̄mōi. s̄ in p̄ncipio ē stricta
in fine etiā stringit. licet nō tñ q̄tū in p̄nci-
pio. Et in medio ē lata. Sic p̄ntia in p̄ncipio
inchoandi ē stricta Luc. xij. Lōtēdite intra-
re p angustā portā. qz dico vobis. multi q̄rēt
intrare et nō poterūt. postea p̄t assuetudinē
et adiutorū ḡre dei fit spaciosior. Prouerb.
iij. Quā sapie mōstrabo tibi et ducā te p semi-
tas eq̄tatis. q̄s cū ingressus fueris nō artabū-
tur gressus tui. et currēs nō habebis offendi-
culū. Tandē p̄pter debilitatē carnis incipit
artari aliquatū. Itē Prou. vi. Facta ē q̄si
nauis in scdm p̄ntia est q̄si maḡ nauis. s.
triū coopturarū. Prima inferior et secretior ē
cordis contritio. Hiere. xv. A facie man⁹ tue
solus sedebam. qm̄ amaritudine replesti me.
Scda est oris cōfessio. Prou. xvij. Qui
abcondit scelera sua nō diriget. qui aut con-
fessus fuerit z reliquerit ea misericordiam dei
cōsequet zc. Tercia ē opis satisfactio. Luce
ij. Facite dignos fruct⁹ p̄nic. Itē p̄ntia est illa
maxima nauis noe. de q̄ Gen. vj. Lenacula
et tristega facies in ea. Quantū ad terciū.
altitudo hui⁹ nauis ē maxia p̄pter malū cru-
cis q̄ velum extensum ē caro xpi mūdissima.
Absqz hoc malo nō nauigat. Joh. xv. Sine
me nihil potestis facere. Sabia q̄ p̄cipue de-
fendit nauis est titulus triūphal⁹ cruci supo-
situs. Iuxta illud Prouer. xvij. Turris for-
tissima nomen dñi ad ipsum currit iust⁹ z sal-
uabitur vel exaltabit. Ideo canticoz. statu-
ra tua assimilata ē palme. Quantū ad q̄rtū
q̄diu nauis est in medio mari. p̄pter innume-
ra picula incert⁹ est euentus ei⁹ donec puenit
ad portū. Eccl. ix. sunt iusti atqz sapientes. z
opa eoz in manu dei. et tamē nescit hō vtrū
amore an odio dign⁹ sit. s̄ oia in futurū suan-
tur incerta. s̄ optimū remediū secure guber-
nationis oñdit in euangelio. s. assumere secū
xpm. Nota hystoriā breui. xps aut assumit
in eucharistia. Joh. vj. Qui manducat meā
carnē z bibit meū sanguinē: h̄z vitā eternam
p iij

Ideo hic in euāgelio. Confidite, qz ego sum, nolite timere, et ascendit ad illos in nauī, et cessauit ventus. Quā dicere pōt fidelis penitēs a q̄ x̄ps sumit p̄ eucharistie cōionē. Si ambulauero in medio vmbre mortis nō timebo mala: qm̄ tu mecū es. ps. xxiij.

Dominica prima in quadragesima.

Sermo. i.

Accesserunt angeli

et ministrabant ei. Math. iij. Sc̄m̄ euāgelii hodiernū declarat nobis de sancto ieiunio Iesu x̄pi p̄ q̄tuor puncta vt sequitur.

Primo locum continentē.

Secūdo t̄ps sufficiens p̄ qd̄ ieiunauit.

Tercio modū expedientē quō ieiunauit.

Quarto fructū puenientē ex ieiunio.

Et de isto quarto loquit̄ thēma. Accesserunt angeli zc̄. Fructus em̄ qui sequit̄ ex ieiunio. qz angeli accesserūt zc̄. Dico p̄mo q̄ euāgelium hodiernum declarat nobis de sc̄to ieiunio Iesu x̄pi locū continentē vbi ieiunauit. Quā sciendū q̄ qm̄ x̄ps voluit quadragesimā ieiunare noluit eā ieiunare i ciuitate bethleē vbi fuit nat̄. nec in tēplo vbi fuit p̄sitar̄. nec in nazareth vbi fuit nutrit̄. nec inter hoīes. s̄ in deserto q̄ est habitatio bestiarū. Et h̄ dicit̄ principii euāgelij. Ductus est Iesus in desertū a sp̄u. volens sup̄ple ieiunare. et iste locus fuit valde cōueniens. Rō p̄pter puenientia quā h̄ locus desertus cū sine ieiunij. nā ieiunij ordinar̄ ad triplicē finem. s̄ ad

Refrenationem.

Liberationem.

Aperitum.

Primo ad refrenandū sc̄z vicia z pctā que p̄ maiori parte accidunt ex carnis inclinatione p̄pter hoc ordinata fuerūt ieiunia. s̄ ad refrenandū. Nā sicut hoī stulto z armato auferuntur arma cū quib̄ multis nocuit. sic etiaz corp̄ hoīs stultū armatū cibo z potu et alijs delectationib̄ q̄ nobis deus dedit ad necessitate nature indiscrete sumptis. multoties occidit animā. Iō sibi subtrahi debent prudent et amoueri. Sc̄do ordinat̄ ieiunij ad liberandū. s̄ animā. q̄ q̄diu ē vnita corpori multum a corpore impedit̄. in bonis sc̄z sp̄ualib̄. Et ideo d̄. Corpus qd̄ ceterumpit̄ aggrauat animā. Sapie. ix. Iō vt anima sit libera ad operandū sp̄ualiter deprimat̄ caro. s̄. per ieiunia. et sic anima eleuat̄ libere in deus. Sicut de statera. nā qm̄ vna pars deprimat̄ alia eleuatur. et econuerso. Tercio ad merendum et acquirendū thesaurū sp̄ituales. qm̄ sicut per totum annū homo laborat p̄ necessitate

corporis. sic ieiunando ad min⁹ isto sc̄to tpe laboratis p̄ aia. Quā ap̄s. Unusquisq̄ p̄p̄tā mercedē accipiet fm̄ suū laborē. s̄. ad L. o. iij. De omnib̄ istis rōnib̄ vide auctoritatē beati Gregorij dicētis. Qui corporali ieiunio vicia cōp̄umit. Ecce primū. s̄. refrenare. mentē cleuas. Ecce sc̄dm̄. s̄. animā liberare. Virtutem largiris et p̄mia. Ecce terciū. s̄. mereri. Huic triplici fini ieiunij valde cōuenit locus desertus vbi vicia cōp̄umunt. qz nō habetis occasiones peccandi. nec oculis videndorū. z sic de alijs sensib̄. Patet ergo q̄ desert⁹ est locus cōueniens ieiunio. Ideo sup̄ illo verbo Ductus est Iesus in desertū a sp̄u. dicit̄ beatus Gregorius in omelia hodierna. Dubitari em̄ solet a quibusdā a quo sp̄u ductus est Iesus in desertū vere et absq̄ vlla questione cōuenient accipit̄ vt a sp̄u sancto in desertum ductus credat̄. Sed diceret aliquis. Iste rationes nō sunt ad p̄positū de x̄po qui in suo corpore nunq̄ habuit malas inclinationes. Itē nec ex carne impediēbat̄ eius anima qm̄ haberet p̄fectissime suas fruitions. Itē quia iam meruit inquantū deus z inquantum hō. Rūdeo q̄ quantū ad p̄sonā x̄pi bona est rō. sed ipse hoc fecit vt daret nobis exemplū. sc̄z vt tpe ieiunij vadam⁹ ad desertū dimittētes ciuitates villas et cōmunitates. qd̄ sic intelligendū est. vt in sc̄to tpe dimittam⁹ negocia temporalia questiones et discordias zc̄. De tur hic modus omnibus. Et primo religiosi et clerici in sc̄to tpe satis sunt occupati circa horas et officium. Laboratores vero in hoc sancto tempore debent summo mane audire missam et sermonē. si predicat̄ in aliquo loco et post negociē vt possint puidere filijs et domibus suis. Diuites autē surgent in aurora ad orandū. Deinde audiant missam maiorem et sermonē. et post dicant psalteriū post missam orando et hora prandij erit p̄fectum. Illi diuites qui nesciunt psalteriū p̄ missam orando p̄quirant ecclesias. monasteria hospitalia vbi cōiter sunt magne indulgētie. Post prandium vero possunt dormire. Deinde ire ad cōpletoriū. et post dicere vesp̄as vel septem psalmos p̄niales. vel p̄ n̄ zc̄. Et isto mō homo vadit ad desertū. Et istū modum tenuit Dauid rex ille magnus. dicens de se. Ecce elongaui fugiens z mansi in solitudine Expectabā eū qui saluū me fecit a pusillanimitate sp̄s et tempestate. ps. liiij. Nō legit̄ q̄ Dauid ex quo fuit coronat⁹ fuerit in deserto. sed mansit in solitudine camere sui palatij elongatus a negocijs. et ad quē finē ostendit Expectabā eū qui saluū me fecit. Et fructus

meritorū. a pusillanimitate sp̄s. Ecce libertas aie. et tempestate. sup̄ple malarū inclinatio nū carnis. Patet q̄ loc⁹ cōueniens p̄ ieiunio.

Dico sc̄do zc̄. q̄ t̄ps sufficiens fuit. s̄. xl. dierum. Nā dicit̄ text⁹. q̄ cū ieiunasset. xl. diebus et. xl. noctibus. Et q̄re dixit. xl. noctibus. Respondeo q̄ h̄ d̄ ad differentiā ieiunij iudeorū q̄ antiquit⁹ p̄ diē ieiunabāt et de nocte comedebant ad sufficientiā. sicut mō faciūt agareni. Non credatis q̄ tale fuit ieiunij x̄pi i illis xl. diebus et. xl. noctibus. quia nihil gustauit. Tēpus t̄n quadragesima dierū z noctium fuit sufficiens Ratio. quia iā scitis q̄ oia p̄cepta dei sunt decē. in quib̄ oia alia includunt̄ fundamentaliter. Sicut em̄ deus dedit decē digitos corpori ad operandū oia. ita dedit aie decē p̄cepta quasi decē digitos ad operandū meritorie. Ista autē p̄cepta frangim⁹ quadrupliciter. s̄. cogitatione. locutione. opere et omissione. Locutione em̄ frangim⁹ duo p̄cepta singulariter. s̄. illud. Non concupisces vxorē primi tui. quia nō sufficit seruare corp⁹ mundum ab illa opatione. s̄ etiā animā a cogitatione. Secūdo illud. Non concupisces domū primi tui nec aliqua q̄ illius sunt. Ex concupiscentia em̄ oriuntur diuisiones et guerre. z ideo d̄. Radix omnium malorū est cupiditas. s̄. ad Thymo. vi. Locutione autē frangimus alia duo p̄cepta. sc̄z illud. Nō assumes nomē dei tui in uanū. quia nunq̄ est iurandum nisi ex necessitate vel utilitate. Itē illud. Nō falsum testimonium dices. sc̄z q̄cunq̄ causa. nec in iudicio nec extra. Opatione frangim⁹ quatuor. s̄. Non adorabis deos alienos. Non occides. Non mechaberis. Non furtum facies Omissionem autē frangim⁹ duo. s̄. festa nō sanctificando. et parentes nō honorando. Ecce ergo q̄ istis quatuor modis frangim⁹ decē p̄cepta. et q̄ter decies surgit in numerū q̄dragesima. p̄pter hoc facim⁹ quadragesima dies de p̄nia. quia quater decies occasiōe carnis peccamus. Et ideo Gregorius p̄ voluptates mortales corporis p̄ceptis dñicis cōtraim⁹ que p̄ decalogū sunt accepta. quia ergo p̄ carnis desideria decalogi mādata cōtempnim⁹: dignū est vt eandē carnē quater decies affligamus. Ecce ergo tempus sufficiens quo x̄ps ieiunauit dando nobis exemplū. Abodo est h̄ questio tripartita de x̄po. cum x̄ps in deserto ieiunauit quadragesima diebus. Et prima questio ē vbi dormiebat. Sc̄da quid faciebat. Tercia quā societate habebat. Abodo audite deuote. nam euāgeliste nō dicunt expresse vbi tūc dormiebat. sed multoties de figura elicitur veritas. sicut de spica excutitur granus. Hec

x̄pi dormitio in deserto figurata fuit in patriarcha Jacob. qui cū fuisset pegrinus et viator: de canaan in mesopotamias. et transiens p̄ partes hui⁹ deserti. in nocte qm̄ voluit dormire sup̄posuit sibi lapidem capiti. et in nocte vidit celū apertū et scalā zc̄. Dic hystoria vt habet̄ Gen. xxvij. Jacob vt dicunt om̄s doctores significat x̄pm̄ scala vero p̄niam. habens quadragesima gradus ieiunij. et quidā ascendunt cōtinuando ieiunij. quidā autem descendunt frangendo ieiunij. Et Jacob autem excitat⁹ timuit ac tremuit de dicta visione. Cui diuinitus fuit reuelatum q̄ x̄ps saluator mundi ibi ieiunaret et dormiret. Tunc iacob dixit. Vere dñs est in loco isto. Patet prima questio. S̄z hic contēplate modicū. X̄ps incepit suū ieiunij in crastinū epiphanie qm̄ maius frigus vigeat. z tunc dormiebat in tradando nobis exemplū q̄ in isto sancto tempore dimittam⁹ linteamina culcitra z delectationes. Iō David. Beat⁹ qui intelligit sup̄ egenū et pauperē. in die mala liberabit eum dñs. Dñs opem ferat illi sup̄ lectum doloris eius. in ps. xl. Sc̄da questio quid faciebat x̄ps hō. tum quia nō opabat̄ manib̄. et staret q̄dragesima dies: nunq̄ erat ociosus. text⁹ nō dicit clare quid faciebat. S̄z lucas alibi dicit quid faciebat x̄ps in desertis: dicens. Factus est in diebus illis exijt in montē orare et erat p̄ noctans in orōne dei. Luce. vi. In somno q̄ et orōne expendebat tēpus noctis. Et de die qd̄ faciebat. Rūdeo q̄ in trib⁹ occupat̄. s̄. in legendo. in contēplando. z in orando. De primo ipse legebat in libro quē secū portabat semp̄ maiore tota biblia. s̄. libro vite sc̄z scientie dei in q̄ scripta sunt omnia q̄ vnq̄ fuerunt sunt et possunt esse. Et q̄libet die iesus x̄ps legebat totū illū librū. legendo primū capitulū sc̄z de gloria paradisi. Et sc̄dm̄ de ordinatione āgelorū. Tercij de pena dānatorū. Quartum de p̄nia purgandorū. et sic de alijs. Itē de naturis piscium maris. de quib̄ in acre. de animalib̄ terre. Et oia ista videbat. non solū in genere sed etiā in specie et indiuiduis. nō solū vt deus s̄ etiā vt homo. De sc̄do stabat omnia ista contēplando. Quantū ad terciū post predictā lectionē et contēplationē. orabat dicens orationē quā postea nobis ondit. sc̄z Pater noster. Nā cepit iesus facere et docere. Actuū. i. Et in persona n̄sa ipse dicebat Pater noster. Itē dimitte nobis zc̄. quia sicut os loquit̄ p̄o pedibus et alijs membris. ita x̄ps vt caput loquebat̄ in p̄sona membrorum. In his ergo debem⁹ temp⁹ hui⁹ quadragesime exēplo x̄pi expendere. Ideo dicebat:

Operamini nō cibū qui perit. s. negocia huius mundi. s. qui pmanet in vitā eternā. s. opa meritoria. Job. vi. Tercia questio. quā societate habebat. Et dico q ferarū bestiarū et latronū. De bestijs dñi Ahar. j. q in illo deserto frondoso erāt leones vsq lupi. z multa alia aialia. Aut em̄ tertus. Erat in deserto. xl. dieb⁹ et. xl. noctib⁹. et temptabat a sathana erat q cū bestijs. Ahar. j. Glenio ad practicā et potestis p vos cogitare q p̄dicta aialia de die latitant in antris et de nocte vadunt pascendo. Et qñ videbant xpm̄ possum⁹ dicere sicut de boue et asino qui ipm̄ adorauerunt. sic etiā zc. Ecce societas xpi de nocte. De die habebat societate latronū et maloz hominū. Nā istud desertū est int hierlm̄ z hiericho de quo Luce. x. Homo quidaz descendebat ab hierusalē in hiericho z incidit in latrones zc. Hic locus hebraice dñi adomin. et interpretatur rubra siue ascēsus rufoz. Iste locus ē ille cruentus z sanguinarius quo deuenit homo ille qui iucit in latrones. Et dñi sanguinari⁹ qz ibi multi viatores occidebant a latronib⁹. Cogitate qñ latrones videbant ipm̄ a longe veniebant ad eum si forte haberet pecunias. Sed iesus xps mutabat eoz corda z voluntates. et exhibebat xpo magnā reuerentiaz. Sic nos moraliter debem⁹ stare inter bestias feras. s. peccatoz. cogitando quō vixisti vt bestia peccando zc. Inter latrones: cogitando quō peccando furati fuerim⁹ deo honozē et reuerentiā et timozē. z nobis attribuendo honozē et gratiā. Propter hoc dicebat Dauid. Non nobis dñe nō nobis. sed nomī tuo da gloriā. in ps. cxij. Tercio videndus ē modus expediens quō ieiunauit xps qui vicit temptatiōē diaboli. Dicunt doctores singularit magister hystoziarū (qñ in baptismo xpi vox patris intonuit dicendo. Hic est fili⁹ meus dilectus Luce. ij. Tu es fili⁹ meus dilectus in te cōplacuit mihi zc.) dicit q diabol⁹ audiuit istā vocē. et quia iā videbat diabol⁹ tēpus messye completū. Et ideo qñ videbat xpi mirabilia concepit ipsum esse filium dei. Sed qñ vidit ipsum esurire credidit oppositum: ppter quod voluit ipsum temptare. Et assumpta forma humana et habitu viri deuoti salutauit xpm̄. Cui respōdens xps dixit Bene veneritis. Non credatis q ita truncate dixerit xpo. Si filius dei es zc. Sed euangelista dimittit nobis vt ponam⁹ digituz ibi et practicā. Ideo notate eam. Et potestis cogitare q qñ diabolus venit ad xpm̄ ipsum salutando: dixit aliqui opinant⁹ q tu sis filius dei. Nam filius dei antiqtus mutauit virgā

moysi in serpentē. aquā egypti in sanguinem Exod. vij. vxozes Loth in statuā salis Gen. xix. Ideo si filius dei es dic vt lapides isti panes fiant. Non intelligatis q diabolus subito dixit. Si filius dei es zc. Sed posuit se in verbis cū eo primo in fine concludendo. q si filius dei es zc. Et rīdens iesus dixit. Scriptū est de se. s. nō in solo pane viuūt hō s in oī verbo qd pcedit de ore dei. Deut. viij. Ecce hic modus expediens. s. p nobis. quia modo qñ ieiunam⁹ diabolus temptat nos dicens. Dic vt lapides isti panes. i. verba dura et aspera comedamus per impatientiā si prandiū non sit paratū vel aliter zc. Secunda temptatio. Victo diabolo in p̄ma temptatione per xpm̄ ex auctoritate. non in solo pane zc. diabolus sumpta occasione a dicta auctoritate. qz verba dei preponunt in tēplo: pcessit ad secūda tēptatiōē dicens. Vis vt vadam⁹ ad ciuitatem ad templū. xps autē vt bonus miles volens se exhibere suo inimico i omni platea secutus est eū vsq ad templū vbi erat magn⁹ pp̄s congregat⁹. et tunc dixit diabolus xpo. Vis vt ascendam⁹ supra pinnaculū. quia ibi magis secreta poterimus ozare. et qñ fuerunt superius dixit diabolus xpo. Et quot gentes sunt hic. et multi sunt hic qui non eredunt te esse filiū dei. Ideo mitte te deorsum. quia de te scribit. Angelis suis mandauit de te vt custodiant te in vjs tuis. in ps. xc. Ad quē xps dixit. Scriptū est. Non temptabis dominuz deū tuum. Hic xps dat exemplū psonis spiritualibus et deuotis qñ diabolus temptat de vana gloria ne cadāt sed stent fortes. Vidēs autē diabolus q xps excusauit se ne incurret vanaz gloriā. diabolus voluit eum aliter tēptare: et dixit ei. s. xpo. Vis vt vadamus ad desertū ad vnū montem satis altum. vbi erimus solitarij et ozabimus. Et qñ fuerūt in monte diabolus oñdit xpo oīs partes mundi dicens oīa esse sua et posse dare cui vult. s. mentitur. Et dixit. Hec omnia tibi dabo: si cadens adoraueris me. Xps autē q in alijs temptationib⁹ habuerat patientiā. auctoritatib⁹ excusando se: in ista indignat⁹ est. z clamauit dicens. Uade sathana. Scriptū est. Dominū deū tuū adorabis et illi soli seruiēs. Deut. vj. Sed qre hoc dicit L hys. q alie tēptationes tangebāt hūanitatē s adorare tangit diuinitatem et ad coronā dei zc. Dicit be. Hiero. q xps dat h nobis exēplū q iniurias pp̄uas debem⁹ patientē tolerare s illas q tangūt deū cū indignatiōe increpare. L hys. In pp̄ijs iniurijs quēq eē patientē laudabile ē. iniurias autē dei vsq ad auditū sufferre nimis ē ipiū.

Latuet oues qui

Nota hic de Lodouico rege francie. qui conuenit cauterizare blasphemantes deū. Sed mō verificatū est illud ppheticū Isa. liij. Dominatores populi mei iniq agunt dicit dñs z iugit tota die nomē meū blasphemaf Quarto ostendit fruct⁹ pueniens ex ieiunio in themate cū dñi. Ecce angeli accesserunt. Et nota similitudinez z poteritis intelligere qualiter fuit. Qñ duo magni dñi seu p̄ncipes faciunt duellum in campo clauso vbi rex tenet campum securū. z amici et exercitus vtriusq exspectant finē hincinde. et facto prelio vict⁹ cū suis fugit. et seruitores et amici victoris cum gaudio ad eū accedunt sibi necessaria ministrando. Sic xps et lucifer maiores p̄ncipes mundi. vt dicit magister hystoziarū. s. diuersi mode. Nā xps est p̄ncipes sanctitatis. et lucifer iniquitatis. hodie fecerunt duellū. z deus pater tenuit campū securū. xps autē vt dicit Chrysostrōm⁹ p̄cepit angelis vt ab eo elongarentur ne a lucifero viderent. Idē fecit lucifer de suis et soli ipsi duo intrauerūt campū. Et arma diaboli fuerūt tria. s. lancea. ensis z diga. Lum lancea superbie et vane glorie. cū ense gule. et cū gladio auaricie xpm̄ tēptauit et accessit. Nam ipse lucifer cum istis armis plures occiderat. sed xpo in nullo nocuerunt sed victus fugit. Et tūc dicit thema de xpo. Accesserūt angeli ad eū z ministrabant ei zc. Sed in quo ministrauerunt ei. Nota illud q xps magis indigebat erat cibus. ideo ei in h angeli ministrauerunt. Dicunt hic aliqui deuoti contēplatiui. q sancti angeli iuerūt subito ad virgine mariā que nesciebat aliquid de filio suo nec vbi esset. qui sibi dicebant preliū et victorias. que auditis rumoribus victorie per dictos angelos misit sibi prandiū quod per se parauerat. vt caules vel brodium vel spinargia et forte sardineta. rogans angelos vt qd sibi supererat vel superesset ad ipsam reducerent ad prandium. Ecce quomodo accesserunt angeli z ministrabāt ei. Ita erit de nobis. Nam modo sumus in prelio cum diabolo in campo clauso. s. in quadragesima s sumus victores de gula. vana gloria. z auaricia. facto prelio scz in die pasce. accedent angeli. i. sacerdotes. et ministrabūt cibū quem virgo maria parauit scilicet materialiter. effectiue autem spiritussanctus in coquina vteri virginalis. scz corpus xpi infra cortinaz. i. in hostia cōsecrata. Ideo dicit xps. Vincenti dabo manna absconditū. quod nemo scit nisi qui accipit. Apoc. ij.

Seria sc̄ba post d̄p̄nicā p̄mā in quadragesima. Sermo p̄mus.

paradiso. tanta est excellentia huius glorie. Ideo aplos qui illam gloria vidit dicebat. no sunt condigne passioes huius teporis ad futura glam q reuelabit in nobis. Ro. viij. non sunt condigne. id est per equalitate vel equiparantia. s. sunt condigne per pportione vel coenientia. qm ex q psona dat p deo maiora bona mudi. scz boia tpalia z corpalia. corp z vita. sic fecerunt sancti martyres. ideo iteru est coe/ niens vt deus det illis maiora bona q sunt in alio mundo. scz regnu celeste. Ista est ppor/ tio et coenientia. q. d. xps. Da mihi illud qd habes fm potentia tuam. et ego dabo tibi qd habeo fm meam magnificentia. De hac ppor/ tione siue iusticia dicit christus. Beati q p/ secutione patiunt ppter iusticia. qm ipsoz est regnu celoz. Ath. xvi. Et ad istam lo/ quitur de martyribz. et sub isto noie psecutio nem comprehendit omis tribulationes et passio nes martyru. Nota ppter iusticiam. christus non restringit meritu nrm solu veritati fidei. s. largo mo qui moritur pro quacumq virtute manu teneda: martyr efficitur. nam quelibet virtus dr iusticia. Prouer. viij. Iusti sunt om nes sermones mei. id est. omnes virtutes sut iusticia. Un beatus Johanes baptista mar/ tyr est. Unde ecclesia. pzeptens martyr. et tñ non fuit mortu pro fide manuteneda. s. p virtute castitatis et honestatis. Idem de san/ cta uilla ancilla cuiusdam militis. de qua te/ netur in calendario in vigilia natiuitatis do/ mini. Si christus dixisset. Beati qui psecu/ tionem patiunt ppter fidem. pdicti non fuis/ sent martyres. Idem de sancto thoma de can/ tuaria. qui non pro fide: sed pro libertate ec/ clesie manuteneda occisus fuit. et tamen est martyr. Idem de fratre beati Thome de aq/ no. qui in fauorem ecclesie reprehendit impa/ torem. ppter qd fuit occisus et martyr effe/ ctus. fm q reuelatu fuit beato Thome. et sic de pluribus alijs. Ecce quare dicit ppter iu/ sticiam. et non ppter fidem. et coo: dat alia auctas di. Si qd patimini ppter iusticia bti. j. Pe. iij. Qd possunt hie multi bonum forum de paradiso. manutenedo iusticiam siue virtutes. s. in modo iam videtur completa pphetia Ysa. lix. Non est qui iuocet iusticia neq est qui iudicet vere. s. pfidunt in nihili et loquunt vanitates. pceperunt laborem z pe/ pperunt iniquitate. Quas aspidu ruperunt z telas aranee texuerunt. non est qui iuocet iu/ sticiam. i. iusticia non hz aduocatu sic magni dñi qui in qualibet villayel curia habent suu aduocatu z pcuratoze pensionatum. i. precio ductu. q diligenter aduocat z pcurant pro

ipsis. ex illa modica pensione. i. pro modico precio. Sed deus non habet aduocatos nec procuratores in suis negocijs. qz non est qui inuocet iusticiam. Ratio. qz non statim vi/ det pensionem. i. precium. Q benedictus est ille qui vellet esse pcurator z aduocat christi contra peccata notoria que tangunt honorem dei. s. nullus curat. omis dormiunt in hie q dei sunt. Sz si aliquid fit cōtra aliquē dñm terre/ num. statim ille pcurator se erigit et defendit dñm. Q maledicti hoies none paradisi glo/ ria maius preciu est q totus mundus. z tñ si tangunt iura vel redditu dñi vel possessio do/ mini: statim aduocat defendit. s. qn tanguntur iura diuina vel redditus. i. in festo tenedo. for/ nullus curat nec defendit. Nota. oua aspidu que sunt mortifera significant peccata noto/ ria. que sunt mortifera. infra que est venenuz corripes z destruēs coitate. s. ista oua fraguē faciēdo ordiatōes z exclamatioes cu penis cō/ tra peccata notoria. Sz dixit ppheta. q telas aranee texuerunt q capiunt paruas mulcas sed non magnas aues. Ita ordinationes qs mo facitis solu capiunt et retinet simplices z pau/ peres laboratores. s. no magnates ciues z mi/ lites. nec barones. imo dicunt rectores forte qn essem extra officium istud darēt mihi vna bonam gladiatam. Dic quomodo ordinatio debet esse ad instar retis piscatoris. qd cōtrario mo/ do se habet ad telam aranee. qz accipit z reti/ net magnos pisces. z parui fugiunt. Idem de/ bet esse de ordinationibus. qz debet corrigere maiores. z tunc minores retinetur sub virga. Et si ex hoc aliquis de rectoribus psequitur occiditur. hoc est salariu a deo promissum ex hoc Sap. v. Iusti aut imperpetuum vident. z apud dñm est merces eorum. Ideo accipi/ ent regnu decoris et diadema speciei de ma/ nu dñi dei sui. qm dextera sua teget eos. et in brachio sancto suo defendet illos. Ecce pri/ mus modus habendi paradisu. Scdus modus habendi regnu dei est furando secre/ te. qz piu furtu est bndictu. Unde sciendu q fures siue latrones secrete vadunt ad domum diuitis ad furandu. hoc mo hnt regnum dei psona que in h mudo secrete faciunt pnam. ti/ metes vt latrones ne audiant vel papiatur nec etiā sint discoopti. Idem secrete faciunt mul/ ta ieiunia. elemosynas. orones. et multa alia bona. z extra nihil sentitur. Intus portant ci/ licius z extra ostendunt pulcras vestes. dor/ miunt in terra. surgunt in nocte ad oradu. Sic secrete furant regnum dei. qz nullus scit bona opa ipozum quisq sunt in alio mudo. z tunc dicit. Nunquid ille est talis religiosus.

Quātam pñiam fecit ille zc. Idē de presby-
teris z laycis. De isti dicit Aug. qñ audiuit
famā scitatis antbonij. Surgūt indocti z celū
rapiūt. z nos cū sciētis nris ad infernū demer-
gimur. Nota. celū rapiūt. i. secrete p opa pñie
et nos. scz qui dicim⁹ et nō facim⁹. Surgunt
recte tangit modū quem tenent latrones qñ
volunt rapere aliqd castrū qui surgūt de nocte
z obseruāt custodes z secrete cum silentio
scalāt castrū qñq; sunt alti. qz tunc clamant
Ista pñone penitētes surgunt de nocte z secrete
scalāt castrū padisū ascēdentes p scalā pñie.
cui⁹ gradus sunt opa penitētia. vel scala ē
quedā virt⁹. cuius gradus sunt qñlibet opus
illius virtutis. Clerici gra. deuotio est vna sca-
la. cui⁹ gradus sūt orare. pteplari. audire mis-
sas. fmōes. z cōicare. zc. Misericordia ē alia
scala. cui⁹ gradus sunt septē opa mie corpora-
lis z septē spūalis. Castitas est alia scala cui⁹
gradus sunt gubernatio qñq; sensuū. cauere
a cōcupiscentijs oculoz. ab auditu auriū. de
illa materia carnis zc. cauere a mala socie-
tate. ab occasionib⁹. Illi q; qui secrete faciūt ista
opa virtutū scalant secrete. et cū filētio castrū
regni celoz intrant: Jō dicit surgūt. de hō dō.
Bñs vir cui⁹ est auxiliū abs te: ascensioes in
corde suo disposuit in valle lacrimarū in loco
quē posuit. ps. lxxxij. Nota exēplū in vitali-
patrum libro autētico de eucharisto et vxoze
sua. qui cū qñtuor scalis. i. virginit. pñie. de-
uotiois. z mie. scalabāt padisū. Iste modus
est bon⁹ pro psonis mūdānis q; secrete faciūt
suas deuotioes z pñias. sicut sūt vidue. domi-
celle. Talib⁹ dicit xps. Nolite timere pusill⁹
grex. qz cōplacuit pñi vfo dare vob regnū ce-
loz. Lu. xij. Nota si placet hō dicere circa illd
cū dñs. nos cū sciētis nris ad infernū demer-
gimur. tres pñitioes sciaz. i. nigromātia iuris et
theologie. Pñia mala de se ē. z sūt excoicādi
oñs illi q; illā studēt z pñicāt. Scda ē iuris. i.
canonū z legū. q; de se bone sūt. s; pñit eē male
ex mala intentōe. qñ p mala voluntate studēt
z exercēt. tūc ei peccāt mortalit. z totū ē i pec-
cato. s; dñt orare itentionē vt p bono cōi. p
iusticia cōsuanda. Idē de iure canonico. Si
studē vt hēant bñficia. pñm ē. qz finis est ma-
lus. Itē si rōne studij dimittit horas. Theo-
logia de se est opñia. s; si mala itentionē hēt vt
ascēdat p hō studiū s; alios. nihil v3. quia de
scia vite facit mortē eternā. qñ dicit. ego mgf l-
tāgibil. s; qñ studet vt cogscat suū creatorem
talē ducit tale studiū ad glām. Jō apls heb. v.
Doctris varijs z pegrinis nolite abduci.
Sbdit. Optimū ē gra stabilire cor. Tercio
mod⁹ hñdi regnum est a casu. quēadmodum

bursa cum pecunijs iuenit a casu in via. quia
non cogitauerūt de ipso nec petūt ipsum. nec
forte ipm credūt. sicut sūt illi hoies qui viuūt
in pctis z vicijs in tota iuuetute z etiā in senē-
ctute. Et qñ sunt circa portam inferni de⁹ dat
eis tantā pñitioē z dolorē de pctis q; iueni-
unt padisū. Hoc mō ille latro iuenit padisū
qui sp tenuerat aliqd bonum. Sz qñ fuit circa
portā inferni. qz iam erat crucifixus z debebat
mori habuit tantā cōtritionē q; vix potuit for-
mare verba. Dñe memēto mei zc. Cui rñdit
xps. Amē dico tibi. hodie mecū eris in padis-
so. Ecce quō a casu iuenit padisū de q; nunq;
curauerat nec crediderat. Nota hō humilitatē
latronis in pñia. z largitatē xpi in dādo. La-
tro nō petijt regnū celoz. qz se nō repntabat
dignum ex pctis. s; petijt. Dñe memento zc.
vt sic sū soci⁹ tu⁹ hic in patiblo ita sim socius
illoz qui erūt a dextera tua in iudicio. Nota
dū veneri in regnū tuū. nō assignat certū tps
qñ qñ di. In iudicio recipiat me in regnū ve-
strū. Sz ecce largitas xpi. Amen dico zc. Et
dimisit sibi oia pctā. qñ ad culpaz z qñ ad
penā. Z si nō intravit statim in padisū celestem
nec terrestre. imo descēdit i lymbū. vbi vidit
diuinā essentia. z habuit padisū essentialit. q;
est videre deū. Ahozalr. Redo q; qlibz ve-
strū isto mō vely hē padisū inueniēdo ipm.
nō curādo de bona vita nec de pñia s; viuere
ad libitū dicēdo. Sicut deus peperit latrōi
sic et mihi. Nota quō in tota scptura nō legit
de aliq; q; male vixerit z bonū sinez habuerit
nisi de latrone. Rō quā assignāt doctores ali-
qui deuoti. qre latro qui erat suspēsus a dex-
tris xpi fuit puerus. z nō ille q; erat a sinistris
fuit vmbra brachij xpi q; ipm tenit. Dic quō
crux xpi erat altior ac si xps fuisset capitane⁹
latronū. q; vmbra fuit tāte xpi q; ipm illūia-
uit. Nec mirū si vmbra petri erat tāte xpi z
sanabat infirmos. vt legit Act. v. Jō p locuz
a miozi argnēdo zc. Est tñ prophetia ad hoc
Sec. xij. Sedētes in vmbra ei⁹ viuēt. Su-
mus q; stulti qz hō miraculū solū semel fuit fa-
ctū z nos cogitam⁹ z nob euenire. multa alia
miracla legūt de xpo. s; de ista materia nō le-
git nisi istud. Jō caueat vob ne accidat vob
sicut militi stulto. Dic pabolā de rege qui edi-
ficauit nobilem ciuitatez quam voluit popu-
lare solū de psonis generosis. q; fecit pconiza-
ri q; cuiq; generoso veniēt. z in ciuitate ha-
bitare volēt. ipe daret sibi pulcrā domū z bo-
nā puisionē. Duo milites locij audita pcon-
zatioē voluerūt ire ad dictā ciuitatē ad habi-
tandū. Un⁹ pauit se bñ z orauit se et recepit

Mbi necessaria pro itinere. Alius noluit aliqd
recipere p expensis. sperās z pñsiderans q; in
via iuenire burfam plenā pecunijs. Cui di-
xit alter. non pñidas de hō. qz rarissime pñtingit
inuenire burfā cū pecunia in via. s; ille nō cu-
rabat verba ista. vñ postea in via habuit v-
dere equū z vestes zc. Nunqd iudicat istuz
fuisse stultū. vere sic stultus fuit. Hic rex potē-
tissim⁹ est dñs nri iesus christ⁹. q; est rex regū z
dñs dñian. Apo. xix. q; edificauit nobilem ciui-
tatē padisū. De q; dō. Glōsa dicta sūt de te ci-
uitas dei. ps. lxxxvj. quā vult populare solū
de psonis nobilib⁹. scz de scis iustis z bonis.
De hac fecit legē et pconisationem. Pcon-
nes fuerūt apli z predicatorēs. Duo milites
sūt stat⁹ gentiū. i. ecclāsticorū z laycorū. q; va-
dunt ad padisū. qz vn⁹ portat secū et recipit
expensas p via. scz decē florenos. i. obseruan-
tiā decem pceptoz. vel. xij. florenoz. i. xij.
opa pñalia. q; sufficiūt p via. Primū est pec-
catoz cognitio. scdm cordis cōtritio. terciuz
emendandi ppositū. qrtū male societatis vi-
tatio. qntū ois cōfessio. sextū corpis afflictio
septimū humilis orō. octauū elemosynarum
largitio. nonū debitozū restitutio. decimū in-
iuriarū remissio. vndecimū fame repatio. du-
odecimū eucharistie cōio. Qui has pecunias
habet in burfa cōscie tali dicit rex in porta ci-
uitatis. Euge serue bone et fidelis. intra in
gaudiū dñi tñi. Ath. xxv. Ali⁹ qui nō vult
recipere pñiam dicendo. sicut deus pepcit la-
tronū. ita mihi. qz z de⁹ misericors est nūc sic
tūc zc. Hoc ē dicē. nō curo de expēsis. qz ego
inueniā burfā zc. scz miam dei. Sz non semp
euenit ita. Cui dicit christ⁹ in porta ciuitatis.
Seruū inutile eijcite in tenebras exteriores.
ibi erit flet⁹ z stridor dentū. Ath. xxv. Si dñs
religioso iuueni q; itis. Rñdet ad padisum. et
qñ qñtur. portatis expensas. statim rñdet qñ
ero senex inueniā burfā plenā. Idē de presby-
tero z layco. Faciam⁹ q; opa bona christiani.
als nō intrabim⁹. Ath. vij. Nō ois q; dicit mi-
hi dñe dñe intrabit in regnū celozū. Ergo duz
tps habem⁹ operemur bonum. Gal. v.

Feria quarta. Sermo. ij.

Propter scelus po-
puli mei percussū cū. Ysa. liij. In pñti s;
mone volo declarare aliq; vtilitates passiois
xpi. qz hō reqñit tps z thēa ppositū. Pro hui⁹
vbi declaratioē z materie pdicāde itroductōe
sciēdū q; reglā ē general⁹ z certa et vera i scā
theologia. q; oia mala pene sunt a deo. Sec⁹
de malis culpe. qz deus nec pōt peccare s; oia
mala penalia facit de⁹. sic infirmitates dolo-

res. tribulationes. mortalitates zc. Quicqd
est ergo pene est a deo. z quicqd est ibi culpe
est a creatura. Et rō qre mala pene sūt a deo
p nra vtilitate ad sanādum z curanduz aias
nras. nō credat n⁹ itelligat q; de letet l gau-
deat de nris malis penilib⁹. sicut nec medic⁹
letat qñ dat purgationē amarā. sic nec deus
qñ dat dolorosas penas seu purgationes ama-
ras infirmitatū. Jō oportet sustinere patien-
ter. qz sic sanant vulnēra peccatoz. Dic con-
tra illos q; impatiēter suscipiūt mala penalia
Jō non curant s; damnant a deo ppter corū
impatentiā z murmur cōtra deū. De q; dicit
Ysa. in psona dei. Ego dñs. et non est alter.
formās lucē z creās tenebras. faciens pacē et
creans malū. Ego dñs faciens oia hec. Ysa.
xlv. Item Amos. iij. Si erit malū in ciuita-
te qd non fecerit dñs. interrogatiue. qñ dicat
non. Itē Eccl. xj. Bona z mala. vita z mors
paupertas z honestas a deo sunt. Ex ista respō-
sione scē pñone q; hñt aliqd malū pene. cōfor-
tando sc totum deo attribuunt. vt p3 Job. j.
qui postq; oia bona sua pdidit: cōsolando
seipm dixit. Dñs dedit: dñs abstulit. sicut do-
mino placuit ita factū est. Cum tñ dixit text⁹
q; illa mala fecerunt sathanas z inimici Job.
qd totum attribuebat deo. sciens q; oia mala
sunt a deo. qz dyabolus et inimici solum
causē instrumentales. Idē debetis vos facere
in vris tribulatiōibus. cogitando quō sunt a
deo iste tribulatiōes. peccata vero z defectus
sunt a nob. iō de illis debem⁹ dolere z tristari
Ad ppositū de passioē xpi cōsideranda sunt
duo. scz culpa z pena. Culpa fuit iude pdito-
ris. iudeoz z pilati. s; pena fuit a deo p medi-
cina pctoz nroz. hō dicit de pf in thēate. Pro-
pter scel⁹ ppli mei. i. sanādū. percussū cū. p3 thēa
Et quō passio xpi qñtum ad penā fuit ordina-
ta a deo pñe: iueni in sacra scriptura q; passio
christi est optia medicina ptra pctā iuxta tres
species medicine quas medici faciunt. scz

- A medicina curatiua.
 - A medicina confortatiua.
 - A medicina preseruatua.
- Et p qlibet istarū dicit the. Propter scel⁹ ppli.
Quātum ad primū dico q; passio xpi fuit
medicina curatiua pctoz nroz. qz fm doctri-
nā Augustini nunq; añ passionē xpi nec post
fuit aliq; curatus a pctis nisi ex passioē xpi.
Si dicat. et quō añ. quia nōdum erat facta.
Rñdeo q; sicut mō passio xpi sanat a peccatis
ex fide quā habem⁹ d passioē xpi facta. sic an-
tiq; saluabant a peccatis ex fide passiois xpi
fienda. Qd notat Ath. xxi. vbi legit q; q;
preibat. scz añ xpm. z q; scq;bant. oñs clama-

In cena domini

De prima loquit xps in themate. p̄dyteris et generalit̄ oib⁹ christiāis di. Hoc facite. scz sacrificiū in meā cōmemorationē. scz celebrādo offerēdo. sacrificiādo in meā cōmemorationē nō in pecunie acq̄sitionē. nec ad vanā glām vel ypocrisis ostēsiōnē. et vos layci h̄ facite. scz audiēdo missā. assistēdo. p̄tēplādo et cōicādo in meā cōmemorationē. P̄ria rō institutiōis h̄ sacramēti est p̄p̄t̄ ostēsiōnē mēozialē. scz ad ostēdendū qd sit adorādū ab hoīe. Hāc rōem possū fūdare p̄ reglāz p̄bie dicētē. nihil est in intellectu qn̄ p̄us fuerit in sēsu. sic p̄t̄ extēplificari de ecclā q̄ h̄z qn̄q̄z ianuas. de q̄ ē v̄ez dicere q̄ null⁹ est in ecclā qn̄ itret p̄ aliquā harū portāz. et nihil est in intellectu qn̄ itret p̄ aliquō horū. s. sēctū corpaliū. v̄l fm̄ p̄p̄t̄atē. v̄l fm̄ diūsitatē rei. v̄l fm̄ p̄ueniētā v̄l differētā rei v̄l fm̄ q̄ritatē vel q̄litatē. vel fm̄ actionē vel passionē. De⁹ at̄ in sua essentia est s̄ba ip̄cepti b̄i aliq̄ sēsu corpali. qz nō p̄t̄ ocul⁹ corpaliū videri. nec aurib⁹ audiri. nec manib⁹ tāgi rē. P̄p̄t̄ h̄ deus a p̄ncipio mūdi vsqz mō sp̄ voluit adorari sub aliq̄ forma seu figurā visibili. Tertū ei est q̄ de⁹ apparuit adē abrahā et alijs sc̄tis p̄f̄arctis. q̄ nō vidēt deū in sua essentia s̄ vidēt formā vel figurā q̄ nō erat deus. Et adorabāt nō formā istā v̄l figurā s̄ deū in illa forma v̄l figurā. Et sic de⁹ p̄ illā formā vel figurā intrabat in intellectu illius cui apparebat. Deū venit ip̄s p̄p̄harū. int̄ q̄s moyses fuit p̄mus. cui apparuit d̄s in forma ignis. qn̄ tu stodiebat oues ietro soceri sui. Et moyses adorauit non ignē nō rubū. s̄ deū in illa figura p̄ quā intrabat in intellectu moysi. Item qn̄ de⁹ Exo. xx. dedit legē in mōte s̄nai: ibi de⁹ apparuit in forma ignis. et moyses et p̄ls adorauit nō ignē: s̄ deū in illa forma. in q̄ voluit adorari. ad ostēdendū suā actiuitatē in puniēdo vt ip̄os terreret. Iō dixit moyses p̄lo. nolite timere. vt ei. p̄baretyos de⁹ venit. et vt terro: illi⁹ estz in vobis et nō peccaretis Exo. xx. Deū p̄cepit moysi vt faceret archā it̄ et extra deauratā d̄ auro purissimo. et desup̄ erāt duo cherubim q̄ tenebāt p̄p̄ciatorū. i. mēzā auri. et int̄ in archa erāt due table legis. v̄ga aarō et amphora māne. et tot⁹ p̄ls iudaic⁹ adorabat nō lignū arche nec aurū s̄ deū. qm̄ in illa forma seu figurā voluit adorari. Rō est. sic archa custodit illd̄ qd̄ p̄tinet in ea. ita de⁹ custodiebat et p̄suabat illū p̄lm̄ q̄diu sibi credidit et obediuit. Et qn̄ portabat p̄lus adorabat. et modo iudei derident nos qn̄ adorā deū in hostia. Deinde tpe reguz postq̄ rex salomon ex p̄cepto dei edificauit tēplū. et archa fuit posita in templo in sanctafecōrū. nec po-

terat videri. de⁹ voluit adorari in alia forma scz in figura nubis. iij. Re. viij. D̄s dixit vt habitaret in nube. Et salomon et omnis populus adorabat. non nubem s̄ deū in illa forma. Ratio quare in forma nubis voluit adorari. qz sicut nubes refrigerat p̄tra calorem solis: sic tpe salomonis iudei habebāt magnuz refrigeriū quietis et pacis cum oibus inimicis Deinde venit deus et recepit formā humanā in vtero virginali. et q̄diu christus vixit adorabatur deus in forma humana. s̄ qn̄ christ⁹ volebat recedere ab isto mundo per mortem corporalē postq̄ iam ordinauerat alia sacramenta xps ordinauit aliā formā seu figuram sub q̄ deus voluit adorari. nec ignis terribil: nec archa. nec nubes. s̄ panis qui est melior p̄ dictis figuris. et vitā dat. qm̄ vita hoīs cōseruat in pane p̄ncipaliter. qz alij cibi sunt de b̄n esse. In q̄ ostēdit q̄ deus dat vitā q̄fer ḡle sibi credentib⁹ et obedientib⁹. Ecce rō quare vult mō adorari sub tali forma vel figura. qz nos non adoramus panem. nec illā albedinē. que representat diuinā puritatē. nec rotunditatē que representat diuinā eternitatē. q̄ caret p̄ncipio et fine. sed deū cōtentū ibidem. Auifetur sacerdotes ne hostia sit angularis vel maculata. Ecce q̄re dicit christ⁹. hoc facite in meā cōmemorationē. s. passionis mee. Osee. xiiij. Conuertentur sedentes in vmbra eius viuēt tritico et germinabūt quasi vinea. memoriale ei⁹ sicut vinum libani. Effraym quid mihi vltra ydola. Umbra xpi fuit lex moysi. Item de nouo testamento auctoritas. Quia per in carnati verbi rē. Secūda rō institutionis huius sacramenti fuit oblatio p̄p̄t̄ual. Pro cuius declaratiōe sciendū q̄ deus a p̄ncipio mūdi voluit vt om̄s homines offerrent sacrificium. Ratio. quia ip̄s est p̄ncipium qd̄ dat omnia nobis. ideo vult vt faciamus sibi aliquā oblationem. sed mutabat oblationes sic etiam mutabat figuras seu formas adorationis. Chayn em̄ obtulit de frugibus terre. scz de p̄cioz. Abel aut̄ de gregib⁹. scz de melior. Ab̄elchisedech autē coram abrahā obtulit d̄no non grana nec agnos: s̄ panem et vinuz Gen. xiiij. Etiaz infideles qui habitabant in terra chanaā. anteq̄ filij israel habitarent in ea offerebant filios suos et filias ydolis. Dic modū quō calefaciebāt ydolyz de cre et cum magno tumultu filios traxerūt per ignem. et obtulerūt illi ydolo ne p̄f̄erēt plozare filiū suū rē. De q̄b⁹ d̄s. Immolauerūt filios suos et filias suas demonijs. ps. cv. Sed malum fuit sacrificiū et reprobātū. Iō p̄cepit de⁹ filijs israel q̄ offerret non filios nec filias: s̄ aialia

Berino

boues. oues. vitulos. agnos. turtures rē. et h̄ durabat vsqz ad xpm̄ qui debebat mutare sacrificiū. Et dimissis oibus alijs sacrificijs et modis sacrificiorū. scz chayn. abel. aaron rē. elegit sacrificiū melchisedech qui obtulit panem et vinum qui erat sacerdos dei altissimi. Juxta p̄p̄ham. Jurauit d̄s et non penitebit eū rē. ps. cix. Non dicit fm̄ ordinez aaron q̄ obtulit aialia. Ecce hic oblatio p̄p̄t̄ualis. Et est tante virtutis q̄ in toto mūdo non remāsit aliud sacrificiū nisi istd̄. qz isto adueniēte oia alia sacrificia debebant cessare. Iō modo nec agareni nec iudei nec alij infideles h̄nt aliq̄d sacrificiū. qz tāta est excellentia hui⁹ sacrificij q̄ de⁹ nō p̄mittit q̄ fiat aliud sacrificiū in mūdo. Et est cōpleta p̄phetia Abalac̄. j. Non est mihi voluntas in vob̄ dicit d̄s exercitū. et mun⁹ nō suscipiā de manu v̄ra. Ab ortu enim solis vsqz ad occasū magnū est nomē meū in gentib⁹. et in oi loco sacrificabāt et offerēt noi meo oblatio mūda. Et loq̄bat sacerdotibus veteri legis. Hec auctoritas deberet scribi literis aureis. Nota in oi loco. Iudei vero nō audebāt facere sacrificiū nisi in hierlm̄ sub pena mortis. Et d̄ oblatio mūda. sec⁹ est de oblatiōe iudeoz imūda. Sacerdotes em̄ iudeoz carnifices rē. S̄ oblatio xp̄ianoz est mūda. Auifent sacerdotes q̄ mappa altarj et corporalia sint mūda. et hostia sit mūda. et vinū calix rē. In hoc sc̄o sacrificio de⁹ descēdit q̄libz die. et tū non recedit de celo. quēadmodū radij solares descēdit et intrāt per om̄s fenestras aptas et tū non recedūt a sole. nec a celo De h̄ dixit christ⁹ aplis qn̄ debuit ascendere in celū. Ecce ego vobiscū sū oib⁹ diebus vsqz ad p̄sumationē sc̄i. Abat. viij. Glo. in sacrificio altarj. hoc facite rē. Tercia rō institutiōis h̄ fuit resectio sp̄ualis. vñ certū sit vob̄ q̄ nulla creatura viuēs nec corpāl nec sp̄ual p̄t̄ viuere nec durare inesse sine cibo. Qd̄ de creaturis corporalib⁹ patet ad oculm̄. De creaturis autem sp̄ualib⁹ scz angelis p̄z. qz etiam indigēt cibo nō corporali sed sp̄uali. Auctas. Dixit raphael thobie. Lum̄ essez vobiscū per voluntatem dei erā. Videbar quidē vobiscuz māducare et bibere. s̄ ego cibo inuisibili et potu q̄ ab hoīb⁹ videri nō pōt vtōz. Thobie. xij. Iō de⁹ tanq̄ bon⁹ p̄familias puidit de cibis corpali⁹ corpib⁹ qn̄ dixit adē i paradiso exiti. Ex oi ligno paradisi comedetis rē. Ecce primum cib⁹. nō dedit licentiā comedēdi carnes et pisces. nec bibēdi vinū vsqz ad tps noe. et transferunt vltra mille quingenti anni. Si aliquis diceret. modicā confortationem dabāt fructus. Respōdeo. imo tunc maiorem cōfor-

tationem dabant fructus cum aquā q̄ modo capones. galline. et vinum. Unde dixit de⁹. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen sup̄ terraz. et vniuersa ligna que habēt in semētis sementem generis sui. vt sint vobis in escam et cūctis animātib⁹ terre. Gen. j. Deinde post diluuiū tpe noe postq̄ lauit mūdum ab imundis mutauit escas. qm̄ aqua diluuij ita defluxit terram q̄ extūc fructus non fuerunt ita boni nec tāte virtutis sicut prius. ideo modo non est bonū solū comedere fructus et bibere aquā. Iō post diluuiū deus dedit licentiā comedēdi carnes. pisces. et bibere vinū dicens. Luncta animātia terre et volucres celi et pisces maris manui v̄re tradite sūt et omne qd̄ mouet et viuūt erit vobis in cibuz. Gen. ix. Deinde in deserto vbi filijs israel defecit cib⁹ p̄dictaruz escarū deus puidit eis de māna. qd̄ q̄libz die descēdebat de mane ad instar grani coriandri. qd̄ durauit quosqz fuerūt in terra p̄missiōis. Ideo d̄s. Oculi oium in te sperant d̄ne: et tu das escā rē. S̄ nondum puiderat de cibo sp̄uali pro aiabus q̄ sūt sp̄uales. et aia est p̄ncipalior ps hoīs. Iō dauid plāgendo dicebat. Esurientes et sitientes aia eoz in ipsis defecit. S̄ venit xps qui ordinauit escā et cibū sp̄ualē p̄ aiabus. scz h̄ sc̄m̄ sacrificiū qd̄ non solū est p̄ oblatiōe sed etiā in refectionē sp̄ualē vt in isto cibo anime recreent et fortificent in deuotiōe et virtutibus. Nec credatis q̄ iste cibus descēdit in stomachū corporis ad recipiendū ibi digestiōnem. s̄ in stomacho aie. scz memoria. De h̄ cibo p̄p̄tauit dauid di. Et pluit illis māna ad māducandū: et panem celi dedit eis. Panem angeloz māducauit hō: cibaria misit eis in abundantia rē. ps. lxxvij. Primo loq̄ de māna iudeoz ibi. Pluit illis māna. scz de nubib⁹. et non de celo empirico: s̄ de celo aereo. Deinde dicit de isto sacramēto. Panem celi dedit eis. panem angeloz māducauit hōz. Non loquit de māna sicut dicunt iudei. quia angeli non comedūt de māna. Nota cibaria hoc non pōt intelligi de māna. qz non erat nisi vnus cib⁹. s̄ de isto sacramēto in quo est corpus xpi aia diuinitas et virtutes et influentie oim bonoz. Iō dicit cibaria. iō cantat ecclā. Panis angelic⁹ fit panis hoim. dat panis celic⁹ figuris terminū. Res mirabilis: manducat d̄m seruus paup̄ et humilis. Dic practice quō christ⁹ hodierna die in cena accepit placentulā panis azimi p̄pter hoc nos consecramus in pane azimo. Et eleuatis oculis in celū b̄ndixit. et dixit illa eadē verba q̄ nos dicimus in consecratione. Et dicitis verbis non

remāsit ibi substātia panis . qz cōuerfa fuit in corpus chisti: z quia erat corpus viuuz ideo erat ibi sanguis z aia et diuinitas. s apli non videbant ibi corpus . Et cōicauit pmo seipm sicut sacerdos pmo se cōicat . Deinde alios nec frangendo placentulā frangebaf corpus chisti . sicut non frangit ymago in fractione speculi . Deinde cōmunicauit aplos dicens . Accipite et manducate . h est corpus meum . Dñe dixit petrus . Iste panis est corpus vrm Petre dixit xps . Nō ē panis . s est corp meū Jō cōmunicā . Dixit petrus postqz cōicauit . Dñe iste cibus me confortauit totū et aiam meam illuminauit . Tunc dixit xps sibi . Ego do vobis potestātē idem faciēdi . Cōmunicāuit enim iudam qui in deuote z male parat accipit . et equaliter peccauit male cōmunicādo et xpm pdendo . Si dicatur quare chist cōmunicabat eū quē sciebat esse in pctō . z male paratū . Rñdeo . qz nolebat ipm publicare . quia pctm suū erat occultū . Sic nec curatus debz negare cōmunicatōnē illi quē scit secretum pctōrem si ponit se cū alijs ad cōmunicādo . qz diffamaret ipsum . Dic quō quilibet chistian⁹ debet cōicare in pasca zc . pueri . xij . vel . xiiij . annoz . Jō dicit xps . Hic est panis q de celo descēdit . Job . vj . Nō de celo aereo s empireo . Dic quō tpe aploz xpiani cōicabant omni die . Erāt aut pscuerātes in cōmunicatōne fractionis panis . Actū . ij . Panis . glo . eucharistie . Deinde fuit ordinatū cōicare in qualibet dñica . Deinde in quattuor festiuitatib⁹ pcpuis anni . Postmodū fuit ordiatum qz semel in anno . scz in pasca quilibet cōmunicaret . Sz de bono consilio bonū est cōicare in qttuor festiuitatibus pcpuis . Job . vj . Amen amen dico vobis . nisi manducaueritis carnē filij hoīs z bibcritis eius sanguinē nō habebit vitā in vobis . Quarta rō institutionis sacramenti fuit ppter curationē medicinalē . s . ad curandū plagas nfas tam corporoz qz aiarū . Vbi oia mala tribulatōes z miserie z finaliter mors habuerūt ortū z venēf ex cibo et comestione ade cōtra pcepta dei . Ex illo cibo porta fuit aperta omibus malis . qz alias gētes habitassent in paradiso terrestri sine miserijs z penis quibuscunqz . Et postqz ibi vixissent iuxta diuinā ordinationē . deus dixit michaeli . Descende in paradisu terrestrē . z omīs q sūt ibi talis etat⁹ ascendāt huc . z sine dolore z morte illuc ascēdissem⁹ ad gloriā . s ex pctō ade zc . Jō diē grāmatic⁹ . Ad mala mali malo mala ptulit oia malo . Constructio . mala . i . maxilla mali . scz ade . malo . id est ppt pomū . oia mala ptulit malo . suple mū-

do . Quia licet eua comedisset de illo cibo . si adam non comedisset non fuisset obligati ad ista mala . nec fuisset concepti in peccato originali . sed sola eua fuisset punita . Videns dominus deus q dyabol⁹ ita ordinauerat q ex fructu veniret omne malū . ipse oppositum ordinauit . q ex fructu . scilicet arboris marie cui dicimus . benedictus fructus ventris tui . veniret omne bonū toti mundo . Sic dyabolus arte sua tantum sciuit facere q ex fructu omnes gentes plagauit et vnlnerauit . per oppositum ego faciā medicinā vniuersalē contra omnes infirmitates tam corporum qz animarū . Jō cantat ecclesia . hoc opus nre salutis ordo depoposcerat zc . Questio est hic . qz multi infirmi et vnlnerati in corpore cōmunicāt qui tñ non curantur in anima a peccatis . immo peccata augmentant . quō ergo est medicina curatiua . Rñdeo qz medici dantes aliquā medicinā infirmo considerāt duo . scz dispositionē infirmi z vtilitatē eius . Primo considerāt dispositionē infirmi . Jō anqz dent purgatōnē fortē infirmo miscent sibi siropū ad preparandū z disponendū . Itē attēdunt et considerāt vtilitatē finalē . qz licet possent curare infirmū s nolunt . qz esset occasio mortis . vt patet de qdam rege . Requirit etiam in patiēte dispositio et vtilitas finalis . Et si aliqd horū deficit . non est culpa medicine . Idē in pposito . si aliquis indisposit⁹ z male paratus recipit istā medicinā seu purgatōnem sine siropo puio disponente . Quattuor coclearia siropi ad disponendum sunt cordis ptritio . oris pfessio . opis satisfactio . et corporis afflictio cū aq calida lacrimarū . sic aia curaf a pctis . Idē de corpe . qz de scit q infirmitas corporis est pficua aie . qz ideo de⁹ dat infirmitatē corpi . p salute aie . qz qz sanitas z curatio illi⁹ esset nociua aie . ideo nō dat sanitatē quā als daret infallibiliter si esset vtilis . Sine dubio ergo teneatis qz si homo sit bene dispositus et bene parat⁹ z recipiet istam medicinā tam corp⁹ qz anima recipient sanitates . Ideo dicit sacerdos . hec sacrosctā commixtio corporis et sanguinis dñi nostri . iesu xpi fiat mibi et omnibus sumentib⁹ salus mentis et corporis . Ecce rō quō fuit institutū pro medicina vniuersali . Auctoritas . Altissim⁹ de terra creauit medicinā . et vir prudēs non abhorrebit eam . Eccl . xxxviiij . Nota creauit . videtur tñ qz ista auctoritas includit ptradictionem . qm creare est de nihilo aliqd facere . fm pñm . sed qñ de aliqd fit aliqd . illud nō dē creare sed facē Cū ergo dicit . Altissim⁹ de terra creauit medicinā . non videt creare s facere . Respōdeo

q in hoc sacramēto non est pprie generatio . nec alteratio . nec trāsmutatio . qz in alteratōe z trāsmutatione sbali subiectū manet . Idem etiā de illo qd fit per generationē aliqd remanet . vt patet in cinere . Sz in creatōe non est ita . qm in re nouiter creata nō est aliquid qd prius fuerit . vt patet de aia a deo nouiter creata . Ita in hoc sacramēto infra illā albedinē est sba seu materia panis . z qñ fit trāsfusio . totū mutat . qz nihil remanz de materia vlt sba panis . Jō magi appropiat creatōi . ppter h qz fit a sola potētia diuina . iō dicit . Altissimus de terra . i . de suba terrenalī creauit . non dicit generauit fecit seu formauit . quia in istis semp remanet aliqd de termio a q in terminū ad quē . qd non est in ista trāsfusatione . Et vir prudens nō abhorrebit eam . qz cōiter fastidiosi abhorret medicinas . scz purgatōes seu pillulas . qz nolunt ipsas recipere . Sz prudens medic⁹ coopit medicinā cum melle vel aliq bono ne videat nec sentiat . Ita fecit chistus optim⁹ medic⁹ qui in hostia coopit carnē suā q non videt nec sentit . Jō dicit . Vir prudens zc . Xps possit bñ facere qz videretur in hostia cōsecrata . sicut videt ymago in speculo . Sz talis hostia non debet sumi a sacerdote . vt dicit doc . qz abominabile esset comedē visibilit carnes hoīs . Jō xps non videt . imo stat coopert⁹ sub illo velo albedinis . sicut rex infra cortinas . Jō dixit ysa . cui hoc sacramētum fuit reuelatū . Vere tu es deus abscondit⁹ deus israel saluator . ysa . xlv . Quinta rō institutōis fuit ppter pmotionē celestialem . vt scz possim⁹ ascendere in celū . qm p naturā nullus pōt ascēdere in celū nisi de⁹ . Lclū celi dño . terrā aut dedit filijs hoīm . Nota . celuz id est glia celi . dño . suple . cōpetit . p naturam Terrā at dedit filijs hoīm . Jō nos si volum⁹ ascendē in celū idigem⁹ pmozoze z adiutoze q ascendam⁹ . qz dicit xps . Nemo ascendit in celū nisi qui descendit de celo . filius hoīs qui est in celo . Job . iij . hoc verbū nisi bñ intelligatur esset occasio desperatōis . Nemo ascēdit in celum . ergo nec innocentes . nec penitētes . nec martyres . nec pfectores zc . quia null⁹ ipsozū descendit de celo . Sed intelligitur sic . Nemo ascendit in celū . suple . virtute ppria . s bene ascendit homo in celum virtute corporis chisti in hoc sacramēto cōtenti . sicut nebula que iacet de mane sup terram que de se non potest ascendere propter grauitates quā habet . s quando venit sol qui ipam calefacit tunc sol facit ipsam ascendere sursum . Idem de nobis qui sumus terrestres z graues . ideo virtute propria non possim⁹ ascēdere in celū

s venit sol iusticie qui est in hoc sacramēto . cuius virtute possumus ascendere . Jō dicit viaticum . i . cibus viatorum . Dic miraculum hugonis de scō vic . qui quando cōmunicauit dixit . Ascendat filius ad patrem . et spiritus ad deum qui dedit illum . Et exspirauit . z aia cum chisto ascendit in celum . hoc fuit figuratū in propheta helya dormiente . Ecce angelus domini tetigit eum z dixit illi . Surge et comede grandis enim tibi restat via . iij . Reg . xix . Sic qz diu homo est in peccato mortali dormit sicut ppheta in deserto cum piculo leonū et lupozum inferni . Et dicitur sibi ab angelo . scz sacerdote . Surge q dormis z exurge a mortuis zc . comede . scz cōmunicādo . Et ambulauit in fortitudine cibi illi⁹ quadraginta diebus et qdragita noctib⁹ vsqz ad mortem dei . In sacra scriptura . dies significat prosperitatem . z nox significat aduersitatē . Precepta aut diuina sunt decem . q seruanda sunt quadrupliciter . scilicet corde cogitando . ore loquendo . opere faciendo . z perseveratē implendo . quater decies sunt quaidragta . z sic intrabimus in montem dei . in regnum celorum . Amen .

In die parasceues Sermo .

De legem habemus

mus z fm legem det mozi . Habet verbum istud Jaban . xix . Et recitatum est in passione dñi hodierna . Quotidie p totam septimanam fuit facta representatio z memoria passionis iesu chisti . s multuz diuersimode nunc qz alijs diebus . Representabatur enim tunc vt res diu pterita . Et propterea dicentes missam tunc dicebant . In illo tempore zc . Sed hodie recitatur vt pñs et oculariter visa . Et ideo hodie non dicitur . In illo tempore . sed hodie dicitur . Egressus iesus in presenti . Et est ratio differentie . quia res pñs plus mouet corda hominum qz res pterita . et plus pungit nunc ictus mulce qz olim vnlus datum . Et idcirco vt sentiamus dulcedinē z compatiatur animis nris mortis chisti . ipsa nobis representatur hodie vt de pñti . et ita fit officium z sermones sicut si nūc chist⁹ videretur esse in cruce . vt sciam⁹ . fm qd dixit deus . Recordare paupertatis et transgressionis mee absinthij et fellis . Trenoium iij . Nota paupertatis . quia nudus crucifixus fuit . Et respondet propheta in persona populi chistiani . Ademompria memor ero z tabescet in me anima mes . Jbidē . Ademompria scz pteritoz memor ero ac scz si esset de pñti

Et sicut dixi loquimur ut si nunc viderem⁹ Iesum
 xpm crucifixum. Ita et de dolore virginis marie.
 Scitis q⁹ persone dolozose non sit saluatio
 nec audet q⁹ dicere verba gaudij p⁹one costi-
 tute in tristitia. Non saluabim⁹ eam more
 consueto. q⁹ cresceret sibi dolozes. diceret quo
 dicitis Ave. q⁹ imo sum plena omni merore et
 dolore amaritudine et miseria etc. Si dicere-
 mus. d⁹is tecum. diceret nec est d⁹is mecum. q⁹
 abstulerunt cum mihi. et crucifixus est. Si di-
 cerem⁹. benedicta. diceret. et quo dicitis tu mi-
 hi benedicta. q⁹ omis me maledicunt. et io non
 saluabim⁹ eam. S³ ne predicem⁹ sine deuoti-
 one reuertamur ad deuz pendentem in cruce
 crucifixum dicendo. Adoram⁹ te chris⁹te et bene-
 dicim⁹ tibi. quia per sanctam crucem tuam re-
 demisti mundum etc. Nos legem habemus etc.
 ut s³. Pro aliquo verbo ppositi declaratione
 et materie introductione sciendum est q⁹ in sacra-
 theologia est talis q⁹stio. Utrum aliq⁹ aliud
 op⁹ chris⁹ti sufficiens esset ad redimendum huma-
 num gen⁹ p⁹ter ei⁹ mortem. et an esset de neces-
 sitate moriturus. Et ista q⁹stio decidit p⁹ san-
 ctos doctores theologie p⁹ duas conclusiones.
 Prima conclusio est. si loquimur fm dignita-
 tem sue diuine p⁹one et fm sanctitatem sue di-
 uinitatis et humanitatis dicimus q⁹ quodlibet
 opus. q⁹libet tediū. etiam sine morte suffici-
 ens erat ad redimendum genus humanuz. Et
 rō est. q⁹ iesus chris⁹t⁹ in quantum deus habebat
 in operibus virtutē infinitā. Ideo etiam p⁹pter
 sanctitatem humanitatis int⁹ q⁹ vna ozo vel la-
 crima vel gutta sanguis p⁹ter mortem erat
 sufficiens ad redimendum gen⁹ humanū habē-
 do respectū ad predicta. Et istam conclusioez
 intellexit Dauid in ps. c. xxxviii. qui incipit.
 D⁹ne probasti me etc. ibi cum dixit. Cōfitebor
 tibi q⁹ terribiliter magnificatus es. mirabilia o-
 pera tua. et aia mea cognosceat nimis. Loq⁹ba-
 tur Dauid in spiritu p⁹phetie regi messie. et di-
 cit terribiliter. et h³ p⁹pter infinitū posse diuini-
 tatis. et magnificatus propter humanitatem.
 Secunda conclusio est. q⁹ si loquimur de iesu
 chris⁹to fm ordinationem dei insertam in lege
 Moysi et p⁹phetis tunc erat necesse q⁹ more-
 retur. ut mors morte redimeretur. q⁹ postq⁹
 homo tradit⁹ erat morti p⁹pter pctā hoīs. scz
 Ade et postq⁹ xps liberare volebat gen⁹ hu-
 manū necesse erat vt moreret. Uñ chris⁹t⁹ mor-
 te sua a duplici morte nos liberauit. scz a mor-
 te aie spūali per baptismū. et a morte corporis
 in fine mundi post resurrectionē. h³ reuelauit
 deus moysi in li. Nume. xxxv. q⁹ p⁹cepit q⁹
 si homicida a casu confugeret in ciuitatem re-
 fugij. que erāt sex. tres circa iordanem. et tres

ultra iordanem. et q⁹ ibi expectaret quousq⁹
 moreretur summ⁹ sacerdos. quo mortuo po-
 terat redire libere. In quo videtur q⁹ dabat
 occasio desiderandi mortem summi pōtificis
 Dicit tñ textus. Abanebitq⁹ ibi donec sacer-
 dos magnus qui oleo sancto vinctus est mo-
 riat. Nume. xxxv. S³ querit quis est iste
 homicida. et que sunt iste ciuitates refugij. et
 quis est iste summus sacerdos. Dicendum q⁹
 homicida est quilibet peccator. In veteri te-
 stamento. De quo Ezech. xviii. d⁹. Anima q⁹
 peccauerit ipsa morietur. et est peccator homi-
 cidā a casu et non voluntari⁹ nec a proposito
 quia ille qui facit superbiam vel alia peccata
 non intendit occidere animas suam. q⁹ nemo
 respiciens ad malū opatur. S³ peccator ha-
 bet complacentiā in peccato. v⁹puta supbia
 vel alio peccato. ex q⁹ peccato sequitur occasi-
 onaliter mors aie. Iste peccator est homicida
 q⁹ pncipalem partem hominis interficit. scilz
 animā. Ergo non potest intrare ciuitatē hie-
 rusalem illam. scz que sursum est mater nostra
 id est celum. sed oportet ipsum confugere ad ci-
 uitatē refugij. Quia omis iuerunt post pactā
 p⁹nam ad lymbū. et in ciuitatē hierusalem ire
 non poterant. q⁹ tunc iusti essent. donec
 summ⁹ sacerdos q⁹ est d⁹is noster Iesus chri-
 stus moreretur. De q⁹ Dauid dicit. Tu es sa-
 cerdos in eternū fm ordinem melchisedech.
 Quia celum clausum fuit. q⁹ Gen. iij. dicitur
 q⁹ post peccatū primi hominis collocauit deus
 Lherubin flāmetū gladiū atq⁹ versatilem ad
 custodiendā viam ligni vite. Uñ sanct⁹ tho-
 mas. iij. pte. q. xlix. arti. v. vbi hanc figurā p⁹
 sequit⁹ dicit ad p⁹mū. q⁹ p⁹es antiq⁹ p⁹ bona opa
 meruerūt introitū regni celoz p⁹ fidem passio-
 nis iesu chris⁹ti. fm id ad Hebreos. xi. Sancti
 per fidem vicerūt regna. opati sunt iusticiā. p⁹
 quā etiā a pctō p⁹no purgabāt. q⁹ntum p⁹-
 nebat ad emendationē p⁹rie persone. non tñ
 alicui⁹ fides vel iusticia sufficiebat. ad remo-
 uendū impedimentū. q⁹ erat per reatū toti⁹
 hūane nature. Q⁹ q⁹dem remotū est p⁹ effusi-
 onem sanguis d⁹i n⁹i iesu xpi. Non ante passi-
 onem xpi null⁹ intrare vel ingredi poterat re-
 gnū celeste. adipiscendo. scz beatitudinē eter-
 nam. q⁹ p⁹sistit in plena dei fruitione. q⁹ chris⁹t⁹
 meruit nobis introitū regni celozum: h³ ille
 ibidē. Patet q⁹ absolute non erat necessari-
 um xpm mori vt dicit p⁹ma conclusio. quā etiam
 dat beat⁹ Tho. in. iij. pte. q. xlv. arti. j. ponit.
 q⁹ hoīs alio mō liberasset. S³ fm suam pō-
 dinationē quā p⁹phetas exp⁹ssit. et in lege an-
 tiqua per figuras p⁹mōstrauerat. necesse erat
 xpm mori vt scripture implerent. Et h³ est q⁹

dicit Luce. xxij. c. Fili⁹ hoīs fm q⁹ diffinitū ē
 vadit. Et Lu. vii. h³ sunt verba q⁹ locutus
 sum ad vos cū adhuc esset vobiscū. q⁹ ne-
 cesse ē impleri oia q⁹ sc⁹pta sunt in lege moysi
 et p⁹phetis et psalmis de me. Et q⁹ sc⁹ptū est
 q⁹ oportebat xpm patiz resurgē a mortuis.
 h³ Tho. ibidē. Et q⁹ thema istud p⁹ponitur
 nō in p⁹ona iudeoz mortē xpi pcurantiū in-
 iuste. s³ p⁹ponit in p⁹ona oim p⁹phetarū q⁹ di-
 cunt. Nos legē habem⁹. q⁹ in lege eoz sc⁹pta
 serps eneus et agn⁹ paschalis figure erāt mor-
 tis xpi. Ergo vt scriptura impleat⁹ et regnum
 celoz aperiat⁹ xps fm illā legē d⁹ mori. Patz
 ergo thema. Ad h³ oportet declarare quō pas-
 sio xpi fuit p⁹ n⁹a redēptione et recōciliatione
 Pro q⁹ sciendum q⁹ sicut in p⁹uaricatione ade-
 fuerunt sex circūstantie seu cōditiones. sic in
 passione xpi fuerūt sex circūstantie vel condi-
 tiones correspondētes p⁹uaricationi.

- Prima fuit refectio corporalis.
- Secunda ligatio personalis.
- Tercia damnatio humanalis.
- Quarta compassio socialis.
- Quinta defunctio temporalis.
- Sexta sepelitio terrenalıs.

Primū q⁹ fuit i passione xpi fuit refectio cor-
 poralis. q⁹ xps ante suā passionē voluit cena-
 re cū aplis. Rō. q⁹ sicut p⁹uaricatio ade ince-
 pit a refectioe q⁹ ad comedat de fructu ve-
 titi. Sic xpus ad ostendendū q⁹ venerat ad re-
 formandū malū ade voluit comedē cū aplis
 Dic practice quō apli. s. petr⁹ et iohes vt patz
 Lu. xxij. dixerūt sibi. Rabbi. vbi vis parem⁹
 tibi comedē pasca. q⁹ illo āno pasca iudeozū
 fuit in die veneris sc⁹tā et in nocte de sero inci-
 piebat solēnitās. et comederūt agnū paschalē
 cū lactucis agrestib⁹. Non dixerūt sibi. Rabbi
 vbi vis parem⁹ tibi comedere pasca. Qui re-
 spondit eis dicēs. q⁹ irēt ad ciuitatē. s. hierlm
 ad domū cuiusdā boni hominis discipuli sui se-
 crete. Et misit petrū et iohānē. Luc. xxij. Dic
 quō petr⁹ et iohes dixerūt d⁹o dom⁹. q⁹ m⁹gr
 eoz xpus mittebat ipsos ad eū. Et ille rēdit.
 Benedicti vos qui estis discipuli saluatoris
 et q⁹ vult. Qui dixerūt. Itā scitis quō m⁹gr
 n⁹ licet sit d⁹is oim rerū tñ vult esse paup⁹. et
 mittit nos vt in domo v⁹a faciat pasca. Qui
 regratiat⁹ fuit deo de tanto honore q⁹ salua-
 tor vellet facere pasca in domo sua. Et ostendit
 eis cenaculū magnū stratus q⁹ parauerat p⁹
 se dicēs q⁹ ipse volebat soluere oia necessaria
 et parabo. et vos reuertimini ad eū. et auisest
 cū ne veniat de die q⁹ principes dederūt sen-
 tentiā mortis s³ eū. et volūt ipm capere. Ideo
 xps venit hora tarda. et secrete intrauit ciuita-

tem. Cogitate quō ille bon⁹ hō d⁹is dom⁹ ora-
 uit xpm in suo ingressu sibi regnando. q⁹ pla-
 cuit sibi venire ad domū suā. et volebat ser-
 uire xpo et dare aquā ad man⁹. s³ xps noluit.
 Deinde xps dedit benedictionē mēse. Oculi
 oim in te. Et posuit se ad mēsam cū aplis. Di-
 cunt aliqui. s. deuoti p⁹teplatiui. q⁹ euāgeliste
 nō dicūt q⁹ ipsa xgo fuerit in cena. s³ bene di-
 cunt q⁹ fuerit in passione. et q⁹ virgo maria in
 die pasce fuit in hierlm. et etiā in passione xpi.
 q⁹ hoc dicūt euāgeliste. Non credit⁹ verisimilit⁹
 q⁹ etiā voluit esse in cena cū filio suo q⁹ recesserāt
 cū aplis in ciuitatē effrem iuxta desertū.
 Non virgo cogitans q⁹ filius suus esset in festo
 pasce in hierlm sicut p⁹lueuerat. Non nocte p⁹-
 terita cū gaudio venerat hierlm. sperans au-
 dire sermonē filij sui in die pasce. Et statim iuit
 ad domū marie magdalene q⁹rens quid erat
 de filio suo. Que dixit quō erat in domo cu-
 iusdā ciuis cū discipulis suis. Dixit xgo maria
 Rogo q⁹ vadam⁹ ad eū. Magdalena autē q⁹
 sciebat totū negociū volebat ipsam retinere
 vsq⁹ i crastinū. s³ virgo oim voluit ire. et mag-
 dalena martha lazarus etc. associauerūt eam
 vsq⁹ ad dictam domū et magdalena pulsauit
 ad portā. Cogitate quō timere potuit ille ci-
 uis necēnt iudei veniētes capere xpm. Qui
 dixit xpo quō m⁹ sua volebat intrare. et pla-
 cuit. Et ingressa xgine dixit filio. O fili mul-
 tum desiderauī videre vos. Et reprehendit io-
 hannē nepotē suū q⁹ non intimaui sibi noua
 de filio suo. Qui excusauit se dicēs. quō fue-
 runt in loco sepato. Xps v⁹o inuitauit ma-
 trem vt comederet sicut fecit. Sciens xps q⁹
 passio sua appropinquabat in fine cene dedit
 vale matri sue ne esset p⁹is. s³ ipsa volebat om-
 nino remanere cū filio suo. s³ xps nō sustinuit
 Tunc xgo iuitauit ipm cū aplis ad prandiū
 in crastinū. q⁹ ipsa faciebat magnū festū. quia
 pasca. et q⁹ tali die. s. veneris ipsa conceperat
 eū. Xps autē sciens prandiū q⁹ sibi pabaf. no-
 luit dicere matri expresse ea q⁹ erāt futura alte-
 ra die s³ benigne rēdens dixit. Abater vos et
 ego comedemus cras simul in eadē mensa. s.
 passionis xpi. et de istis eisdē cibis. s. doloris.
 S³ ipsa m⁹ nō intelligēs h³ tota cōsolata et le-
 ta recessit. Cogitate quō magdalena q⁹ totuz
 sciebat dicebat. D⁹ne cras malū prandiū est p⁹
 nobis et vobis. s³ si ab euāgelistis nō dicunt⁹
 quia tñ nō sunt cōtraria euangelio. et deuoti
 doctores et sc⁹ti ista scribūt hoc mō facta. ideo
 pie credenda sunt. q⁹ etiā verisimile est. q⁹ ita
 res fuerint geste. Post recessum m⁹is xps fe-
 cit q⁹tuor. p⁹mo dixit aplis suā passionē vt di-
 cit Luc. dicēs. Desiderio desiderauī h³ pasca

māducare vobiscum anteq̄ patiar. Dico est vobis q̄ ex h̄ n̄ māducabo illō donec iplcat̄ in regno dei. Et accepto calice grās egit et dixit. Accipite et diuidite int̄ vos. Dico ei vob̄ q̄ nō bibā de generatōne vitis. donec regnū dei veniat. Ecce man⁹ tradētis me mecū ē in mēsa. Et quidē fili⁹ hoīs f̄m q̄ diffinitū ē vadit. ve aut̄ hoī illi p̄ quē tradet̄. Lu. xxi. Logitate quō apli audito tali v̄bo fuerūt tristes et desolati. et q̄libet dixit. Sū ego. q. d. Liti⁹ me occiderē q̄ minorē penā haberē. X̄ps aut̄ noluit publice reuelare pctm̄ iude. q̄ erat occultū. s̄ secrete reuelauit ip̄m iohanni q̄renti. Dñe quis est q̄ tradet te. Dixit ihs q̄ ille cui ipse daret buccellā panis r̄c. d. Filius quidē hoīs vadit sicut sc̄ptū ē de illo. Dico etiā vobis plus q̄ oēs vos scandalū patiemini i me hac nocte. q̄ scriptū ē sc̄z p̄ Zach. p̄phetam. Percutia pastorē et dispergent oues gregis. Tūc petrus ardētior alijs dixit. Et si omnes scandalizari fuerint in te. ego t̄m nūq̄ scandalizabor. credēs dicere verū. q̄ tunc habebat bonum cor. s̄ ex fragilitate postea peccauit. Lūi dixit x̄ps. Amen dico tibi: anteq̄ gallus cantet ter me negabis. Tūc x̄ps dixit petro cōsolando eū. Ego p̄ te rogavi petre vt nō deficiat fides tua. s̄ finalit̄. Tūc petrus fuit consolatus. Sc̄do x̄ps surrexit de mēsa. vt dicit Jobes. et p̄cinxit se et posuit aquā calidam in peluim ad lauandū pedes ap̄loz. et venit ad petrū primo. Dñe: dixit petrus. tu lauas mihi pedes. R̄ndit ihs et dixit. Q̄d ego facio tu nescis mō. scies aut̄ postea. Lūi petr⁹. Nō lauabis mihi pedes in eternū. Lūi dixit x̄ps. Si nō lauero te: nō habebis ptē mecū. In q̄ oñdit q̄ lauare debem⁹ imundicias affectionum t̄paliū. Tunc dixit petrus. Dñe. nō t̄m pedes s̄ et man⁹ et caput. Ad quē x̄pus. Qui lotus est. s̄ p̄ baptismū. nō indiget nisi vt pedes lauet. s̄ affectionū terrenarū s̄ est mund⁹ totus. et vos mundi estis. s̄ nō oēs. Sc̄bat em̄ quilmā esset q̄ traderet eū. p̄pterea dixit. nō estis mūdi oēs. Et lauit pedes oib⁹ aplis flentib⁹. etiā iude a q̄ incepit. vt dicūt aliqui. vt ip̄m inclinaret ad p̄nias. Deinde dixit eis Vos vocatis me m̄gr̄ et dñe. et bene dicitis. sum etenim. Exemplū em̄ dedi vobis. s̄ humilitatis. vt quēadmodum ego feci vobis ita et vos faciatis. Tercio instituit h̄ sac̄m altaris volēs dare finē sacrificio veteris legis et instituire sacrificiū noue legis. q̄ post lotionē pedum adiit ad mēsam et recepit placentulā panis azimi et cōsecrauit. et cōcauit p̄mo seip̄m deinde ap̄los. sicut sacerdos facit. quia p̄mo cōicat se. deinde alios. De h̄ dicit text⁹ luce

